

confiteor et recognosco in bona pecunia numerata et conversas esse in utilitatem meam plenius evidentem. Promittens pro me et heredibus meis, juramento a me ad sancta Dei evangelia prestito corporali, dicto Girardo et heredibus suis omnia supradicta in perpetuum guerentire et deffendere contra omnes et coram omnibus in judicio et extra, et in omni parte litis, quotienscunque a dicto Girardo vel heredibus suis ego vel heredes mei fuerimus requisiti.

Abrenuntians ego dictus Petrus dominus de Vaumarcuil, vi supra prestiti juramenti, exceptioni minoris pretii, pretii non habiti, nec recepti.

Nos vero Margareta uxor dicti Petri, Ysabella filia ejusdem, et Aymo maritus dicte Ysabelle laudamus et approbamus pro nobis et heredibus nostris dictam venditionem et omnia supradicta; renuntiantes per juramentum ad sancta Dei evangelia a nobis corporaliter prestitum, beneficio minoris etatis, ac restitutionis in integrum, juri ypothecarum pro dote, beneficio Velleyani, legi Julie de fundo dotali; et ego dicta Margareta specialiter renuntio assignationi et obligationi michi factis specialiter et expresse pro dote mea in rebus predictis, venditis et concessis.

Nos omnes persone predictae per juramentum nostrum renuntiamus, in hoc facto, omni juri sive consuetudini, per quod possemus venire contra predicta vel aliquid de predictis, lingua laica certiorati de universis et singulis supradictis, et promittimus juramento supra sancta Dei evangelia a nobis corporaliter prestito, quod nos contra predicta vel aliquid de predictis, verbo, facto, vel consensu non veniemus per nos vel per alium in futurum.

In quorum omnium testimonium ego predictus Petrus dominus de Vaumarcuil, de laude, favore, et voluntate expressa Margarete uxoris mee, Ysabelle filie mee, et Aymonis ejus mariti predictorum, sigillum meum apposui huic scripto, una cum sigillo curie lausannensis, et cum sigillo illustris viri Amedei domini Novi Castri.

Nos vero officialis dicte curie lausannensis sigillum ejusdem curie, et nos predictus Amedeus dominus Novi Castri sigillum nostrum una cum sigillo dicti Petri domini de Vaumarcuil ad preces et requisitionem ejusdem Petri, Margarete uxoris sue, Ysabelle filie eorum, et Aymonis mariti ipsius Ysabelle predictorum, presenti scripto duximus apponenda, in testimonium premissorum.

Datum anno Domini MCLXXXII, mense augusti.

CCXXII.

Amédée, seigneur de Neuchâtel, confirme une donation que son frère Henri avait faite à l'église de Neuchâtel pour le remède de son ame, de quatre muids de froment à percevoir annuellement sur les moulins de Neuchâtel, dans quelque lieu qu'ils fussent transportés.

EN FÉVRIER MCCLXXXII. (1)

Original sur parchemin, aux archives du Prince. P⁶, n^o 19.

JE Amé sire de Nufchastel fays savoir a tos ces qui verront ces presans lettres, que come cai en arryers Henris mes freres aust done en aumone perpetual por le remede de sarme a lesglyesse de Nufchastel quatre muyes de fromant a la mesure de cel meyme luef, a percevoire et a avoyr per chescune ant sus les mulyns de Nufchastel ou que il soent transporte, je la devant dite aumone ay loe et lo por moy et por mes hoys et la devant dite eglise en ay mis en possession corporal. En tesmoygnaje de la qual chose je ay mis mon scel en cestes presans lettres. Ce fu fayt en lant que li milyaire nostre Seygnour coroit per MCCLXXXII, le moys de fevryer.

(1) 1285.

CCXXIII.

Henri, évêque de Bâle, profite de la faveur dont il jouit auprès du roi Rodolphe pour se fortifier dans ses terres et en étendre les limites, entre autres du côté de la seigneurie de Neuchâtel, en construisant le Schlossberg et le château d'Erguel.

MCCLXXXIII.

Chroniques d'Albert de Strassbourg et de Matthias de Neuenbourg.

REDIENS autem rex (Rodolphus) ad Rhenum cum episcopo basiliensi (Henrico), castrum et oppidum Brundruti, quod comes montis Biligardi tenuit, quod antiquitus fuisse dicebatur ecclesie basiliensi, obsedit. Quo tum victo, ecclesia basiliensis deinde quiete possedit. Construxit etiam ipse episcopus de auxilio regis castrum Goldenvels, ultra Brundrut, in territorio Gallicorum, terram que circa est attrahendo. Cumque comes Novi Castri, dicens se advocatum super oppidum Bielle, terram

usque ad Biele in sua potestate teneret, predictus episcopus castrum Schlossberg edificans, illam terram per duas leucas ecclesie sue dominio attrahebat. Item in valle sancti Immerii castrum forte Arguel edificans inibi meatum Gallicorum preclusit.

CCXXIV.

Pierre, fils de feu Guillaume dit de Marins, bourgeois de Neuchâtel, concède à Hugues et Jacques, frères de feu Martin dit Nigre, aussi bourgeois de cette ville, une vigne à Vieux-Châtel, à la charge de lui délivrer annuellement le tiers du produit, tant en vin qu'en fruits.

DE LA VEILLE DE PENTECOTE MCCLXXXIII. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. X n° 9.

EGO Petrus liber quondam Wullermi dicti de Marens burgensis de Novo Castro, notum facio universis quod ego prudens, sciens et spontaneus et de laude et consensu Gaeti avi mei burgensis de Mureto, pro me et meis heredibus trado, do et concedo potiori conditione qua valeo Hugoni et Jacobo fratribus liberis quondam Martini dicti Nigre burgensis de Novo Castro et eorum heredibus, vineam meam dictam de veteri castro sitam juxta vineam dictam Vascina suis sumptibus super omni cultura ipsi vinee competenti excolendam perpetuo, tali forma, quod dicti fratres et sui heredes michi et meis heredibus tertiam partem vini in eadem vinea annuatim percipiendi tempore vindemiarum cum tertia parte omnium fructuum, arborum in dicta vinea existentium vel etiam edificandarum reddere tenebuntur. Ipsi vero alias duas partes vini et fructuum predictorum accipient pro cultura. Promitto siquidem dictis fratribus, fide data corporali nomine juramenti, quod contra concessionem predictam non veniam in futurum nec consentiam alicui venire volenti, sed super ipsa concessione eisdem fratribus et heredibus eorumdem ero werens legitimus contra omnes in foro canonico et civili. In cujus rei testimonium sigillum nobilis viri Amedei domini Novi Castri huic scripto rogavi apponi. Ego vero dictus Gaetus, in testimonium consensus mei habiti ex hac parte, sigillum viri discreti Hermannii decani sancti Hymerii fratris mei precibus meis apponi procuravi. Datum in vigilia Pentechostes anno Domini MCCLXXXIII.

(1) 5 juin.

CCXXV.

Jacob de Spins, domzel, cède à l'abbaye de Frienisberg tous les droits qu'il avait sur l'ancien fief des Rochettes et sur les biens qu'il possédait dans la paroisse de Saint-Maurice et celle de Cressier, situés les uns et les autres dans la vallée de Nugerol.

OCTOBRE MCCLXXXIII.

Coll. de Engel, à la bibl. de Mulinen, à Berne. T. 1, p. 37.

Nos Jacobus dictus de Spins domicellus, et Johanna dicti Jacobi uxor, auctoritate ipsius interveniente, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos de communi voluntate nostra et de consensu Petri et Alesie liberorum nostrorum quittamus et remittimus per presentes pro nobis et successoribus nostris et etiam coheredibus, omne jus omnesque actiones, controversias et querelas quas habebamus seu habere poteramus, ratione domini sui proprietatis in feodo quondam Rochten, sito in valle de Nurol, in parrochia sancti Mauritii et de Crissi ejusdem vallis, viris religiosis et honestis abbati et conventui de Frenesberg, ordinis cisterciensis, pro quadraginta solidis basiliensibus nobis per mandatum eorum plenarie solutis in pecunia numerata. Propter quod renuntiamus exceptioni pecunie non numerate, non tradite, minoris pretii, doli et in factum actioni, Vellegiani auxilio in favorem mulierum introducto, omnisque juris consuetudinisque patrocinio per quod posset dicta quitatio et remissio impediri, vel etiam irritari. Promittentes per juramentum nostrum super sancta Dei evangelia sponte corporaliter prestitum et per stipulationem solemnem, quod contra premissa seu aliquid premissorum non veniemus nec consentiemus contra venire volenti. Agentes nihilominus liberaliter et munifice erga ipsos, quittamus et remittimus abbati et conventui prelibatis, etiam pro remedio animarum nostrarum omnes actiones, controversias, querelas quas nos et heredes nostri a tempore retroacto usque nunc habebamus seu habere poteramus contra ipsos. Promittimus insuper sub vi prestiti juramenti, super quitatione et remissione prefati feodi, prenotatis abbati et conventui ferre guerentiam contra omnes et specialiter contra nostros coheredes. In quorum memoriam testes fuerunt vocati et rogati, frater Otto de Vamarcue, monachus erliacensis, magister Hugo, curatus dicte parrochie sancti Mauritii et dominus Petrus curatus de Crissi prenotati. Insuper sigillum venerabilis viri abbatis herilacensis et nobilis viri Richardi, condomini et canonici Novi Castri lausannensis diocesis, apponi fecimus huic scripto in robur et testimonium premissorum. Actum anno Domini MCCLXXXIII, mense octobri.

CCXXVI.

Ellina, veuve de Menard, et ses fils Jacob et Bourcard vendent au monastère de Frienisberg leur vigne de Champ-raye, et déclarent que la vigne située rière Vile qu'ils tiennent à cens de cette maison lui appartiendra après leur décès.

DÉCEMBRE MCCLXXXIII.

Engel coll. dipl. à la bibl. de Mulinen. T. 1, p. 41.

NOVERINT universi presentium inspectores quod nos Ellina relicta Menardi, Jacobus et Burchardus liberi eorundem, non vi, non dolo inducti, sed scientes, prudentes et spontanei, pro remedio animarum nostrarum et antecessorum nostrorum, et etiam pro justo pretio nobis ob hoc tradito et soluto, quicquid juris hereditatis calumnie et actionis habebamus seu habere debebamus et intendebamus, in vinea de Champ raye, pro nobis et heredibus et successoribus nostris quittavimus et absolvimus in perpetuum viris religiosis abbati et conventui monasterii de Frenisperg. Item recognoscimus et confitemur quod vinea sita retro Vily desuper campum eorundem religiosorum quam ab eisdem tenemus sub annuo censu duorum sextariorum vini albi ad mensuram vallis de Nyruol, ad eosdem religiosos debet post decessum nostrum trium, libere, quiete, absolute et pacifice redire cum fructu in eadem vinea existente et successores nostri nihil possunt in eadem vinea reclamare. Promittentes per stipulationem et juramentum super sancta Dei evangelia prestitum contra presentem quittance et recognitionem, et contra presens instrumentum per nos vel per alium nihil in futurum aliquatenus adtentare. Testes hujus rei vocati et rogati sunt dominus Hugo curatus de Nyruol, frater Cono et frater Johannes monachi monasterii memorati, Aimo et Petrus dicti de Vily fratres, Aymo de turre, Petrus dictus jocular et alii quamplures fide digni. In cujus rei testimonium atque robur sigilla honorabilium predicti domini Hugonis de Nyruol et domini Petri de Crissie curatorum apponi curavimus huic scripto. Nos vero prenominati curati sigilla nostra ad preces et petitionem Elline, Jacobi et Burchardi prefatorum presenti scripto duximus apponenda. Actum et datum anno Domini MCCLXXXIII, mense decembris.

CCXXVII.

Guillaume dit de Bellevaux, domzel, donne treize sols de cens au chapitre de Neuchâtel pour qu'il célèbre l'anniversaire de feu Isabelle sa mère, et les assigne sur toute la dîme du territoire d'Areuse qu'il tenait en fief de Pierre, sire de Vauxmarcus, dont il obtient le consentement, aussi bien que celui d'Amédée, seigneur de Neuchâtel.

LE II DES KAL. DE MARS MCCLXXXIII. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux arch. du Prince. B^o, n^o 19.

EGO Wulliermus dictus de pulchra valle domicellus, notum facio universis quod cum quondam Agneleta de pulchra valle dicta Monoyere, in ultima voluntate sua contulerit in elemosinam perpetuam venerabili capitulo ecclesie Novi Castri pro remedio anime sue, octo solidos lausannenses censuales solvendo in die anniversarii sui, et ipsos assignaverit super molandinum de Pontarousa quod teneo in feodum a nobili viri Petro domino de Valmarcuy, tali forma, quod ipsos octo solidos possem emere a predicto capitulo pro octo libris monete lausannensis, ego jam dictos octo solidos censuales una cum quinque solidis lausannensibus censualibus solvendis eidem capitulo in anniversario Ysabelle quondam matris mee, de laude et consensu nobilis viri Petri domini de Valmarcuy, assignavi et assigno recuperandos et habendos in perpetuum in anniversariis supradictis super totam decimam quam habeo seu habere debeo de jure vel de facto, in villa et territorio de Arosa, quam quidem decimam ab ipso domino de Valmarcuy in feodum teneo, conditione tali apposita, quod solutis dicto capitulo predictis octo libris lausannensibus, supradicti octo solidi assignati pro predicta Agneleta, de ipsa assignatione subtrahantur et alii quinque super ipsam decimam perpetuo remaneant assignati. In cujus rei testimonium sigillum illustris viri Amedei domini Novi Castri qui in ipsis assignationibus suum prebuit consensum ad preces meas, et predicti Petri domini de Valmarcuy, est appositum huic scripto. Ego vero Amedeus dominus Novi Castri sigillum meum ad preces et requisitionem dictorum Willermi de pulchra valle et Petri domini de Valmarcuy presentibus litteris apposui. Datum anno Domini MCCLXXXIII, secundo kal. martii.

⁽¹⁾ 29 février 1284.

CCXXVIII.

Rodolphe, roi des Romains, mande à tous ses vassaux du saint empire, que les nobles Amédée, seigneur de Neuchâtel, et ses frères Jean et Richard, clercs, jouissent de sa faveur et protection à raison de leur fidélité, et il ordonne à Richard de Corbières, de les défendre contre toute agression, eux, leurs terres et leurs hommes.

LE VIII DES KAL. DE MAI DE L'AN XI DU REGNE DE RODOLPHE ROI DES ROMAINS. (1)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. M^s, n° 7.

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum sacri imperii romani fidelium notitiam tenore presentium volumus pervenire, quod nos nobilem virum Amedeum dominum Novi Castri et honorabiles viros Johannem et Richardum clericos, fratres ejus, gratiosi favoris prerogativa ob sue fidei qua nos persequuntur merita benignius amplectentes et eorum dispendiis remediabiliter cavere cupientes, nobili viro Richardo de Corbiers fideli nostro dilecto dedimus et damus presentibus in mandatis quatenus ipse vice et nomine nostro ipsum Amedeum et fratres suos predictos in se et suis bonis et hominibus contra violentes, injuriatores et turbatores temerarios quoslibet efficaciter tueatur, non permittens eis a quocunque injuriosa gravamina irrogari. Datum Friburgi, VIII kal. maji, regni nostri anno XI.

(1) 24 avril 1284.

CCXXIX.

Guy de Vauxtravers, chevalier, donne en hypothèque à Jean, son fils, et à Bonnette, femme de ce dernier, de nombreuses terres situées au dit vallon, un de ses sujets et la moitié d'un autre, et enfin plusieurs bâtiments et édifices, pour la somme de cent livres viennoises qu'il reconnaît avoir reçues de la dot de sa belle-fille.

JOUR DE L'EXALTATION DE SAINTE CROIX MCCLXXXIV. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. B^o, n° 12.

Ego Guido de Valle transversa miles, notum facio universis quod ego adsigno et titulo ypothece obligo Johanni filio meo et Bonete ejus uxori, de laude, voluntate

et consensu Willelmi et Cononis liberorum meorum, quindecim posas terre arabilis, sitas scilicet in loco qui dicitur Fya quinque, in campo dou Sau quatuor, in Comba de Larnye quemdam posam, item retro Boveresce et in molendino quatuor, et in casalibus de Boveresce quemdam posam; item in loco de Cha ad sex secatores pratorum, in parvis insulis ad tres secatores et in plano de Bayar ad unum secatorem; item quatuor minas frumenti apud Flurye quas Petrus Claves debet; item dictum Petrum hominem meum; item medietatem Martini fratris dicti Petri; item domum meam lapideam totam, excepto stabulo et edificiis que sunt super stabulum; item edificia que sunt inter furnum et predictam domum lapideam; item casale situm inter viam et casale Uldrici pro centum libris viennensibus quas confiteor me recepisse de dote Bonete predictae in bona pecunia numerata, ita tamen quod dictus Johannes et Boneta ejus uxor vel eorum heredes solvant censum et honera sustineant quindecim posarum terre arabilis predictarum et predictorum pratorum ad decem secatores, quamdiu dictas posas et prata tenebunt, et quod Willermus et Cono predicti possint predictas terras et res alias obligatas redimere, quilibet pro portione eundem contingente. Ego vero dictus miles et ego Jaqueta ejus uxor et nos Willermus et Cono predicti promittimus fide data non venire contra predictam assignationem nec consentire alicui contra venire volenti. Nos vero predictus Johannes et Boneta ejus uxor dictam assignationem ratam habemus et gratam. In cujus rei testimonium ego dictus miles presentes litteras sigillavi. Et nos Jaqueta uxor dicti militis Willermus et Cono, Johannes et Boneta presentes litteras fecimus sigillari sigillo viri religiosi fratris Johannis prioris de Valle transversa et sigillo domini Valcheri curati ejusdem loci. Datum in festo exaltationis sancte crucis, anno Domini MCCLXXXIV.

(¹) 14 septembre.

CCXXX.

Pierre et Richard, de feu Thérémbert dit Pide, de Neuchâtel, donnent au chapitre du dit lieu dix sols de cens pour célébrer l'anniversaire de domzel Girard de Montagny, du diocèse de Châlon.

SIXIÈME FÉRIE APRÈS LA FÊTE DE SAINT HILAIRE MCCLXXXIV. (¹)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. K⁷, n^o 21.

Nos Petrus et Richardus fratres, filii quondam Therumberti dicti Pide, de Novo Castro, notum facimus universis quod nos, non vi, non dolo, non metu ducti, sed ex certa scientia et voluntate nostra spontanea, vendidimus et vendimus pro nobis et nostris in perpetuum venerabili capitulo ecclesie Novi Castri, lausannensis dyocesis, decem solidos stefannenses censuales solvendo predicto capitulo aut cele-

rario dicti capituli in festo Penthecostes annuatim, pro anniversario bone memorie quondam Girardi de Montegniaco domicelli cabilonensis dyocesis faciendo; vendidimus, inquam, predictos decem solidos stephanenses censuales predicto capitulo pro sex libris lausannensibus quas a Jannino de Montaygnico domicello socio predicti quondam Girardi recepimus et habuimus quilibet nostrum in solidum in bona pecunia numerata; unde renunciamus exceptioni non numerate, non recepte, et non solute pecunie, minoris pretii, minoris etatis, beneficii restitutionis in integrum, juri dicenti deceptis et non decipientibus debere subveniri, epistole divi Adriani, juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis, omni juri, consuetudini et usui terre et omnibus aliis exceptionibus et rationibus juris et facti, scriptis et non scriptis, promulgatis et promulgandis, per que possit hujusmodi venditio annullari seu suppediri vel revocari. Quos decem solidos stephanenses censuales solvendo supradicto festo Penthecostes eidem capitulo vel celerrario dicti capituli, eidem capitulo assignavimus et assignamus recuperandos, solvendo et habendo super nostras sitas in locis inferius annotatis vineas, videlicet super vineam nostram sitam in Parcho, juxta vineam Johannis filii Chavanel, sicut protenditur hinc inde a magna vinea nostra quam in feodum tenemus a domino Novi Castri, usque ad stratam publicam de Parcho et usque ad vineam predicti Johannis Chavanel, prout designatur per metas inter ipsas vineas positas, quatuor solidos stephanenses censuales; et super vineam nostram super meum molendinum, super vineam Stephanete relicte Ponceti et super vineam Cononis de merchato et aliam vineam ejusdem Stephanete, tres solidos stephanenses censuales; et super vineam nostram de Fays sitam inter vineam Uldrici dicti Nunga et vineam que fuit quondam Uldrici dicti Raschays dictam Comba, alios tres solidos stephanenses censuales. Que quidem vinee sunt de propria hereditate nostra et ab omni censu alio libere et sive aliqua alia servitute, exceptis tantum decima et terragio, quod terragium de ipsis debetur domino Novi Castri. De quo censu prenominate predictum capitulum investivimus et investimus et in corporalem possessionem vel quasi, posuimus de eodem. Et est sciendum quod si dictus census non solveretur in ipso festo prout superius designatur, possessores ipsarum vinearum qui essent pro tempore, ad duplum ipsi capitulo tenerentur, quilibet ipsorum pro rata. Et si forte, quod absit, aliqua dictarum vinearum inculta remaneret, predictum capitulum ad ipsam vineam que remaneret inculta, salvo terragio domini Novi Castri et decima que de ipsa vinea que inculta remaneret deberetur, potest habere recursum et sibi appropriare eandem; et si census assignatus super vineam que remaneret inculta et ad quam dictum capitulum haberet recursum, ob defectionem census super ipsam assignati non posset de ipsa vinea haberi tempore quo inculta remaneret super alias que culte essent residuum ipsius census remanebit assignatus, et a cultoribus seu possessoribus ipsarum poterit et debet vendicari et recuperari et ipsi cultores tenebuntur ad solvendum eundem. Nos vero Johannes prepositus, Amedeus dominus Novi Castri, et Richardus frater eorundem, dictam venditionem atque assignationem predicti census factam a predictis Petro et Richardo predicto capitulo, prout superius continetur, laudamus et approbamus, ratam habemus et confirmamus pro justo pretio laudis nobis jam dato et soluto in

bona pecunia numerata, et promittimus bona fide pro nobis et nostris, quod contra predicta seu aliquid de predictis non veniemus per nos vel per alium nec consentiemus alicui contra venire volenti aliquatenus in futurum, salvo tamen terragio quod debetur de vineis supradictis. In cujus rei testimonium sigilla nostra ad preces et requisitionem predictorum fratrum Petri et Richardi apposimus huic scripto. Et nos predicti Petrus et Richardus fratres, sigilla dictorum dominorum Johannis prepositi, Amedei domini Novi Castri et Richardi fratris eorum de presentibus litteris rogavimus apponi. Datum anno Domini MCCLXXXIV, feria sexta post festum beati Hylarii.

(¹) 18 janvier 1285.

CCXXXI.

Guillemette, fille d'Amédée de Neuchâtel, comtesse de Montbéliard, confirme des conventions faites par Renaud de Bourgogne, comte de Montbéliard, son mari, avec l'évêque Henri de Bâle, au sujet de l'aliénation de divers biens.

LE VI DES NONES DE MARS MCCLXXXIV. (¹)

Cartulaire de l'église de Bâle p. 204, et Hergott, gentis austriacæ dipl. T. III, p. 517.

Nos Guillareta, filia Amedei de Novo Castro, comitessa Montispilgardis, notum facimus universis has litteras inspecturis, quod nos omnes pactiones, conventiones, donationes, traditiones, quittance, concessiones, remissiones, obligationes et feoda, que et quas nobilis vir dilectus dominus et maritus noster, Renaudus de Burgundia, comes Montispilgardis fecit reverendo in Christo patri ac domino H., Dei gratia basiliensi episcopo, nomine sedis et ecclesie basiliensis, tam super castro et appendiciis de Porrentrut, quam super omnibus aliis rebus quibuscunque, prout in litteris sigillo ipsius Renaudi sigillatis et super hoc confectis, continetur, laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus, promittentes per juramentum nostrum ad sancta Dei evangelia corporaliter prestitum, quod nos contra premissa vel aliquod premissorum non veniemus, nec contra venire volenti consentiemus, facto seu verbo, tacite vel expresse. In quorum omnium robur et testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Binant, VI nonas martii, anno Domini MCCLXXXIV.

(¹) 2 mars 1285.

CCXXXII.

Jean, prévôt de l'église de Neuchâtel et chanoine de Loudun et de Châlon, et Richard, chanoine de Neuchâtel, son frère, reçoivent de l'abbaye de Hauterive vingt-quatre pierres précieuses que Berthold, jadis seigneur de Neuchâtel et leur aïeul, avait engagées à ce monastère pour quatre-vingt livres lausannoises, et lui en donnent pleine et entière quittance.

MAI MCCLXXXV.

Copie vidimée sur parchemin aux arch. de l'abbaye de Hauterive. L n° 4.

Nos Johannes prepositus ecclesie Novi Castri lausannensis diocesis, laudunensis et cabilonensis ecclesiarum canonicus, et Richardus, fratres, notum facimus universis quod cum inter nos et religiosos viros abbatem et conventum Alteripe prefate diocesis esset discordia et querela, prefati abbas et conventus de prelibata querela satisfacere volentes, viginti et quatuor lapides pretiosos quos quondam vir illustris Bertodus dominus Novi Castri avus noster prefatis religiosis pro octoginta libris lausannensibus obligaverat, nobis satisfaciendo immunes reddiderunt : quare nos, prefatos religiosos abbatem scilicet et conventum et omnia bona ipsorum ubicunque sint presentia vel futura, pro nobis et successoribus nostris ab omnibus retroactis querelis usque ad tempus confectionis presentium, licet sint de jure vel de facto, in perpetuum quitamus, promittentes solemniter stipulando quod contra quittance hujusmodi et presens instrumentum non veniemus per nos vel per alium in futurum. In cujus rei testimonium sigilla nostra huic scripto duximus apponenda. Actum anno Domini MCCLXXXV, mense maji.

CCXXXIII.

Amédée, seigneur de Neuchâtel, dit que ses deux frères, Jean, prévôt, et Richard, chanoine, avaient reçu pour leur portion des biens paternels, la terre située dès Hauterive jusqu'au Fornel, et que comme ils pouvaient exiger davantage, il leur donnait cinquante bons estevnants de rente, la moitié du terrage de Neuchâtel, la vigne dite le Clos des Chavannes et la dîme d'Anet.

MAI MCCLXXXV.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. J^s, n^o 14.

EGO Amedeus dominus Novi Castri notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod cum dilectissimi fratres mei Johannes prepositus et Richardus, pro portione eis competente in bonis paternis, tenerent et teneant terram a loco qui dicitur Auterive usque ad locum qui dicitur li Fornes, nec ista portio debeat eis sufficere cum de jure major eis competat, ego cupiens eis satisfacere, volo et concedo quod predicti fratres mei teneant et possideant ex nunc in perpetuum pro dicta portione quinquaginta libras stephanensium bonorum super ventas Novi Castri sibi ab eo qui dictas ventas emet vel recipiet pacifice persolvendas; item dimidium terragium Novi Castri; item vineam que dicitur li Clos des Chavanes et decimam de Anes; et quia omnia supradicta non sufficerent ad perficiendam portionem que eis competeret de jure in bonis paternis, volo et concedo quod ipsi fratres mei vel alter ipsorum habeant seu habeat quandocunque sibi placuerit portionem suam integram tanquam fratres, et si contingeret alterum decedere, quod absit, qui residuus erit teneat omnia supradicta. Et hec omnia promitto pro me et heredibus meis per fidem meam nomine juramenti inviolabiliter observare, non obstantibus litteris confectis seu pactionibus cujuscumque modi per quas possent predicta aliquatenus impediri. In quorum testimonium et munimen, presentes litteras tradidi predictis fratribus meis sigillo meo sigillatas et etiam roboratas. Actum et datum anno Domini MCCLXXXV, mense mayo.

CCXXXIV.

Rodolphe, chanoine de Neuchâtel, vend en franc alleu à l'abbesse et au couvent de la Maigrauge de Fribourg, une vigne située dans le territoire de Saint-Blaise. Jean, prévôt de Neuchâtel, Amédée, seigneur du dit lieu, et Richard, chanoine de Châlon, desquels mouvait cette vigne, laudent et confirment cette vente.

MAI MCCLXXXV.

Ancien acte de la Maigrauge. Original sur parchemin. () Collect. dipl. de Haute-riche, p. 97.*

NOVERINT universi presentes litteras inspecturi, quod ego Rodulphus presbiter canonicus ecclesie Novi Castri, lausannensis diocesis, de laude et expresso consensu nobilium virorum dominorum Johannis prepositi, Amedei domini Novi Castri et Richardi, fratrum ejusdem, ac de laude et consensu Rodulphi filii predicti Amedei, ac unanimi consensu capituli dicte ecclesie, vineam meam sitam in territorio sancti Blasii, contiguam ex parte lacus vinee Petri dicti de ripa burgensis Novi Castri, ex parte Chaumont vinee Petri dicti Mau cleric, ex parte boree vinee Bertholdi, et ex parte ventus vinee Uldrici dicti Vesounx cum omni utilitate ac legitimis pertinenciis vinee prenotate, vendidi per francum allodium abbatisse et conventui monasterii Macre oschie de Friburgo, predicte diocesis, cisterciensis ordinis, ac ipsius et suis successoribus in perpetuum possidendam et habendam quiete, pacifice et tranquille, pro quindecim solidis monete lausannensis censualibus pro defensione et guerentia dicte vinee predicto domino Novi Castri et heredibus suis, singulis annis in festo beati Andree apostoli persolvendis, et preterea decimam predicte vinee jam dicto capitulo ecclesie Novi Castri annis singulis tempore vindemiarum persolvendam. Hoc etiam addito quod abbatissa prescripte Macre oschie que pro tempore fuerit, singulis annis in anniversario meo, conventui dicte Macre oschie pro pitancia quinque solidos administret. De qua vinea prenotata devestio me scienter et prudenter et predictam abbatissam Macre oschie et conventum ejusdem loci investio corporaliter vel quasi..... pro sexaginta libris lausannensis monete michi ab ipsis jam datis et solutis..... unde renuncio in hac parte omni exceptioni..... Nos vero supradicti Johannes prepositus, Amedeus dominus Novi Castri, et Richardus canonicus cabilonensis frater eorumdem, a quibus dicta vinea moveri dignoscitur, pro quatuor solidis lausannensibus censualibus solvendis nobis et heredibus nostris in festo beati Andree apostoli annuatim et de quorum dominio dicta vinea existit super dictam venditionem laudamus..... pro nobis et heredibus nostris. Et promittimus bona fide quod contra predictam venditionem aut contra presens instrumentum non veniemus per nos vel per alium, sed erimus predictis abbatisse et conventui de ipsa vinea et appendiciis ejusdem weirentes legitimi in perpetuum

..... In cujus rei robur et testimonium nos supradicti Johannes prepositus, Amedeus et Richardus, fratres, sigilla nostra pro nobis et heredibus nostris apposuimus ad requisitionem dicti domini Rodulphi, una cum sigillo predicti capituli Novi Castri et sigillo predicti domini Rodulphi presentibus litteris duximus apponendum; et nos predictum capitulum sigillum nostrum una cum sigillis dictorum dominorum fratrum et sigillo dicti domini Rodulphi presentibus litteris apposuimus, in testimonium omnium horum, anno Domini MCCLXXXV, mense maji.

(¹) Endommagé.

CCXXXV.

Aymon, fils de feu Jean de Mont-la-ville, déclare qu'il est homme libre d'Amédée, seigneur de Neuchâtel, et reconnaît qu'à raison de l'hommage qu'il lui fait, lui et ses successeurs lui paieront un cens annuel de huit sols lausannois.

JUIN MCCLXXXV.

Original sur parchemin aux archives du Prince. D^a, n° 25.

EGO Aymo quondam filius Johannis dicti de Mont-la-vila notum facio universis, quod ego sum homo liber Amedei domini Novi Castri et heredum suorum, et idem homagium tenentur facere heredes nostri post decessum meum eidem Amedeo vel heredibus suis. Confiteorque quod in recognitione dicti homagii teneor solvere eidem Amedeo domino meo vel mandato suo, octo solidos lausannenses singulis annis in festo beati Michaelis, et heredes mei post decessum meum adstricti nullo alio servicio ad eosdem. In cujus rei testimonium Girardus de Compesio domicellus castellanus Cletarum et dominus Girardus sacerdos curatus de Lignerules ad preces meas sigilla sua apposuerunt huic scripto. Et nos predicti Girardus castellanus Cletarum et Girardus curatus de Lignerules ad preces predicti Aymonis, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini MCCLXXXV, mense junii.

CCXXXVI.

Estevenin le monnayeur vend au chapitre de Neuchâtel plusieurs cens en nature et en argent assignés sur des terres à Chézard et sur ses biens à Neuchâtel.

OCTAVE DES SAINTS PIERRE ET PAUL MCCLXXXV. ⁽¹⁾

Original sur parchemin, aux archives du Prince. D^r, n^o 4.

JE Estevenin dit Moneier, borgois de Nuefchastel, fais savoir a tos que come je aie vendu au chapitre de liglesse de Nuef Chastel devant dit, um muy de froment et dous sos de losenois a paier chascun ant a feste seint Gaut au dit chapitre ou a comandement por dix livres et dix sos de bons losenois les ques je ai receu et reconnois havoir receu dou dit chapitre en bons deniers nombre, lequel muy de froment et dous sos de losenois je lor doi, cest a savoir au dit chapitre asseer ou territoire de Chesas ou Vaul de Ruy ou autre par, dont li dit chapitre se tiegne a paie, je le dit Estevenin dou los et dou consentemant Jehan prevo dou devant dit Nuefchastel, Ame seignor de ce meme lui, et Richard frere chanoine de la dite iglese de Nuefchastel assigne et asete au dit chapitre le devant dit froment et les dous sos de losenois devant dit sus tot mon heritage lequel je ai en la vila de Nuefchastel et ou territoire; cest a savoir en maisons, en vignes, en arbres, et en terres, et en censes, et en totes autres choses tant que a tant que je li dit Estevenin aie assis au dit chapitre le devant dit muy de froment et les dos sos de losenois devant dis, par ensinc come il est dessus dit; et promet au dit chapitre par ma foi donee en luy de soiremant et par stipulation solempnal, que je encontre cest present estrument ne irai, ne consentrai que autres en alle encontres, mais en serai bons werens et leaus encontre tos en jugement et defors. Je arrenunce en cest fait a lesception que monoe ne est nombree, ne paiee, ne donee et a totes autres exceptions de cleirs et de lais, et a lesception qui dit que cil qui est desceus outre la moitie de droi pris puet rapaler vendue, ou que li deffaut dou droit pris li soit rendus, et a totes autres exceptions qui me porroient aidier en cest fait et au dit chapitre nuyre cay en avant et especialment ou droit que dit que general renonciation ne vaut se li especiaul ne va devant. En temoignage de laquel chose, je li dit Estevenins ai requis a mettre en ces presens lettres les sees es nobles barons devant dis, nous a la priere et a la requesta dou devant dit Estevenin havons mis nostres ses en cest escript. Apres je li dit Estevenin promet a tenir lassise dessus dite bien et lealment et tant que a tant que ces lettres come li chapitre devant dit en voura havoir soient seles par le los et le commandemant Jehan mon frere. Ce fu fait en lant que li encarnation de nostre Seignor coroit par M et CC et LXXX et cinc, le jor des octaves seint Pire et seint Pol apostres.

⁽¹⁾ 6 juillet.

CCXXXVII.

Amé d'Arguel, sire de Rosoy, déclare avoir appris par bonnes gens et bonnes lettres, que Perrin de Vauxmarcus tenait le château du dit nom rendable de Amédée, seigneur de Neuchâtel; il annonce qu'il le reprend et reçoit de ce dernier au même titre, et promet qu'il gardera dans le dit château le droit et la raison du seigneur de Neuchâtel, toutes les fois que cela sera nécessaire.

LE JOUR DE LA SAINT MICHEL ARCHANGE MCCLXXXV. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux archives du Prince. A⁵, n° 5.

JE Ames de Arguel sires de Rosoy, fais savoir a tos ces qui verront et orront ces presentes, que je ai appris par bones jens et par bonnes lettres que Perrins de Vaumarcui tenoit le chastel de Vaumarcui rendable de Ame seignor de Nuefchastel. Et je li dit Ame sires de Rosoy repret et recoit le devant dit chastel de Vaumarcui rendable dou devant dit Ame seignor de Nuefchastel. Et promet et ai promis en bonne foi au dit Ame seignor de Nuefchastel que je li garderai ou dit chastel de Vaumarcui son droit et sa rason totes les fois que luis et tems sera. En temoignage de laquel chose, je li devant Ames sire de Rosoy, ai mis mon sel en cest escript et ai proie et requis au religios baron labe de Fontanandre et li honorable chapitre de ligliese de Nuefchastel que il metent lor ses en ces presens lettres en temoignage des choses desus dites. Et nos li devant dit abbes et li chapitres a la priere et a la requesta dou devant dit Ame seignor de Rosoy, havons mis nostres ses en ces presens lettres en temoignage de verite. Ce fut fait en lant que li incarnation de nostre Seignor coroit per M et cclxxx et cinc ans, le jor de feste seint Miche larchange.

(¹) 29 septembre.

CCXXXVIII.

Alexie de Cottens et Girard son fils vendent au chapitre de Neuchâtel des cens assignés sur une maison située au château de ce lieu.

NOVEMBRE MCCLXXXV.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. H¹⁰, n^o 19.

Nos scilicet Alexia de Cottens et Girardus ejusdem filius, notum facimus universis quod nos pro nobis et nostris vendidimus atque pure et libere venditionis tradimus pro nobis et nostris imperpetuum viris venerabilibus et discretis preposito et capitulo Novi Castri in perpetuum percipiendos et habendos pacifice et quiete, quinque solidos lausannenses censuales assignatos super domum quam tenent a nobis Aubertus dictus dou Crus et Stephanus de Mortua aqua, filius quondam Narduini, quorum quinque solidorum dictus Aubertus debet tres solidos in vigilia nativitatis Domini et predictus Stephanus alios duos in vigilia supradicta. De quibus quinque solidis lausannensibus censualibus et de omni jure seu actione quod et quam habemus seu habere possumus aut debemus de jure vel de facto in domo super quam dicti solidi censuales sunt assignati, que quidem domus sita est in castro Novi Castri inter domum domini Parisii canonici Novi Castri et domum predicti Stephani, devestimus nos vel quasi et predictos prepositum et capitulum corporaliter vel quasi investimus de eisdem animo in ipsos dominium transferendi, pro quatuor libris monete lausannensis nobis a predictis preposito et capitulo jam datis et solutis in bona pecunia numerata. Unde renunciamus exceptioni non numerate, non recepte et non solute pecunie, minoris pretii, beneficii restitutionis in integrum, juri dicenti deceptis et non decipientibus debere subveniri, juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis et omnibus aliis exceptionibus et rationibus juris et facti scriptis et non scriptis per quas possit hujusmodi venditio impediri seu annullari, et promittimus fide data nomine juramenti quod contra predicta aut aliquid de predictis non veniemus per nos aut per alium in futurum, sed feremus predictis preposito et capitulo de supradictis quinque solidis lausannensibus censualibus et de omni jure seu actione quod et quam habemus in predicta domo de qua nobis dicti quinque solidi lausannenses censuales debebantur guerentiam imperpetuum contra omnes; et ipsam guerentiam ferendam, prout superius est expressum, assignamus predictis preposito et capitulo Novi Castri super omnia bona nostra mobilia et immobilia habita et habenda. In cujus rei testimonium sigillum illustris viri Amedei domini Novi Castri a quo dictum casale moveri dignoscitur super quod ipsa domus est edificata litteris presentibus rogavimus apponi. Et ego supradictus Amedeus dominus Novi Castri sigillum

meum ad preces et requisitionem Alexie et Girardi predictorum litteris presentibus apposui in testimonium premissorum. Datum anno Domini MCCLXXXV, mense novembris.

CCXXXIX.

Etienne dit Marchant, bourgeois de Neuchâtel, vend au chapitre de ce lieu quatre sols lausannois de cens assignés sur une maison située au château et jôûtant celle de feu Ulrich dit du Donjon.

AVRIL MCCLXXXVI.

Original sur parchemin aux archives du Prince. C^o, n^o 18.

NOVERINT universi presentes litteras inspecturi, quod ego Stephanus dictus Marchiant, burgensis de Novo Castro, non deceptus, non circumventus, non vi, non dolo inductus, sed sciens et spontaneus et in sana memoria constitutus, de laude et expresso consensu Ginete uxoris mee et liberorum meorum vendidi et titulo pure et perfecte venditionis tradidi venerabilibus viris preposito et capitulo ecclesie Novi Castri in perpetuum percipiendos et habendos, quatuor solidos lausannenses censuales assignatos super domum quam tenent Wibertus, Petrus et Umbertus fratres, de Rochefort, et solvendos annuatim in vigilia nativitatis Domini, de quibus quatuor solidi et de omni jure seu auctoritate quod et quam habeo seu habere possum aut debeo de jure vel de facto in domo super quam dicti quatuor solidi censuales sunt assignati, que quidem domus sita est in castro Novi Castri inter domum Johannis dicti Moneier et domum quondam Uldrici dicti dou Dojom. Et devestivi me et meos vel quasi, et predictos prepositum et capitulum corporaliter vel quasi investivi de eisdem animo in ipsos dominium transferendi, pro sexaginta et sex solidis monete lausannensis mihi a predictis preposito et capitulo jam datis et solutis in bona pecunia numerata. Unde renuncio exceptioni non numerate pecunie, non recepte et non solute pecunie, minoris pretii, beneficii restitutionis in integrum, juri dicenti deceptis et non decipientibus debere subveniri, juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis, et omnibus aliis exceptionibus et rationibus juris et facti, scriptis et non scriptis, per quas possit hujus modi venditio impediri seu annullari, et promitto fide data nomine juramenti, quod contra predicta aut aliqua de predictis non veniemus per me vel per alium in futurum, sed feram predictis preposito et capitulo de supradictis quatuor solidis, et de omni jure seu auctoritate quod et quam habeo in predicta domo de qua michi dicti quatuor solidi debebantur, guerentiam in perpetuum contra omnes. Et ipsam guerentiam ferendam, prout supra est expressum, assigno predictis preposito et capitulo Novi Castri super omnia bona mea mobilia et immobilia, habita et habenda. In cujus rei testimonium sigillum nobilis viri Amedei domini Novi Castri a quo dictum casale mo-

veri dignoscitur super quod propria domus est edificata, litteris presentibus rogavi apponi. Et ego supradictus Amedeus dominus Novi Castri sigillum meum ad preces et requisitionem dicti Stephani litteris presentibus apposui in testimonium premisorum. Anno Domini MCCLXXXVI, mense aprilis.

CCXL.

Alisson, veuve de Girardon, bourgeois de Neuchâtel, ayant donné en aumône à l'abbaye de Hautcret deux sols lausannois de cens assignés sur son jardin attenant aux murs de Neuchâtel, près de la porte de l'hôpital, elle ordonne à ceux qui le tiennent d'elle d'acquitter annuellement ce cens.

JUILLET MCCLXXXVI.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. C^o, n^o 17 a).

NOVERINT universi quod ego Alysson relicta quondam Girardon burgensis de Novo Castro, de laude, voluntate et consensu expresso domini Amedei canonici ecclesie ejusdem loci, Willermi clerici et Hugonis filiorum meorum, dedi et concessi pure et irrevocabiler in perpetuum, donatione facta inter vivos, pro remedio anime predicti Girardon mariti mei, religiosi viri abbati et conventui Altecriste, cisterciensis ordinis, lausannensis diocesis, et successoribus eorumdem, duos solidos lausannenses censuales annui redditus in perpetuum possidendos, quos assignavi eisdem percipiendos annis singulis in festo beati Galli super ortum meum situm secus muros dicte ville Novi Castri a parte hospitalis inter ortum Perrete relicte Berthodi a Leglyet ex una parte, et ortum dicti Clopet ex altera. Precipio si quidem illis qui dictum ortum tenent et tenebunt in futurum, ut ipsi de censu duorum solidorum in manibus dictorum religiosorum respondeant in perpetuum, omni occasione postposita vel remota. De censu predicto dictos religiosos ego investio et investivi prout melius potest intelligi vel dictari me penitus devestiendo; promittens bona fide ipsis religiosi dictum censum contra omnes guerentire firmiter et in pace. Promitto etiam bona fide pro me et pro heredibus meis quod ego contra predictam donationem sive presens instrumentum per me vel per alium, facto, verbo vel consensu, non veniemus in futurum. In cujus rei testimonium ego rogavi et feci apponi huic scripto sigillum religiosi viri abbatis fontis Andree in perpetuam firmitatem. Et nos dictus abbas ad preces omnium quorum interest, sigillum nostrum huic scripto duximus apponendum. Datum anno Domini MCCLXXXVI, mense julii.

CCXLI.

Aimé du Vauxtravers déclare qu'il est entré en l'hommage de Jean de Montbéliard, seigneur de Montfaucon, pour huit livrées de terre qu'il a promis de lui donner en fief et qui sont assignées à Bouclans, se réservant la féauté qu'il doit au seigneur de Neuchâtel et au seigneur de Joux.

SEPTEMBRE MCLXXXVI.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. S^z, n° 12. Cartul. de Montfaucon aux mêmes arch. n° 415.

JE messire Haymes de Valtravers chevaliers, fais savoir a tous ces qui verront et orront ces presantes lettres que je suis antres en lomaige de mon tres chiers seigneur Jehan de Monbeliart seigneur de Monfalcon, por ce que li dis Jehans ma promis et assigner a Boclans ansi com je le dis, huit livres de terre a estevenans, lexquex huit livres de terre jai obligie au dit Jehan por quarante livres destevenens, lesquelles jai ahu et recehu entierement doudit Jehan monseigneur en bons deniers nombres, nombres par cause de prest, et ai volu et outroie que li dis Jehans teigne les huit livres de terre et face les fruis et issues diceles suens jusque tant que li dis Jehans ou sui hoirs soient prie de moi ou de mes hoirs des quarante livres dessus dites sans riens conter ne rabattre, et sans objicier ne faire compensation des fruits et des issues devant dites, et ai promis et promet au dit Jehan ansi biem servir tant con il tanrai les huit livres de terre en gaaige con se je les tenoie en ma main et me tien por paies des issues dou terme pesse. Et cest hommaige ai je fait au dit Jehan mon seignour por les dites huit livres de terre quil mai promis dener en fye et assigner a Boclans par ainsi come il est desus dit salve la feiatel es seignour de Nuefchestel, et salve la faialte a seignour de Joul; et totes ces choses desus dites ai je promis et promet par ma foi corporalment donee tenir et garder et non ne venir encontre par moi ne par autrui. En tesmoignaige de laquel chose jai fait metre en ces lettres li sel de la cor de Besancon en tesmoignaige de verite. Ce fut fait le mardi apres la feste de lexaltation sainte crois. Et nos officiax de Besancon a la priere et a la requeste dou devant dit Hayme de Valtravers chevalier li quex ai confesse en droit par devant nos totes les choses devant dites estre voires et veraies avons mis le sel de la cort de Besancon en ces lettres en tesmoignaige de verte. Donees le mardi dessus dit lan de grace mil dous cens octante et seix au mois de septembre.

CCXLII.

Amédée, seigneur de Neuchâtel, donne à Amé du Vauxtravers, un mas dit le Mas d'or, situé rière Boveresse, en échange de quinze livres estevenantes que le dit Amé tenait de lui en fief sur la pêche de l'Areuse.

VEILLE DE SAINT THOMAS APOTRE MCLXXXVI. ⁽¹⁾

Traduction non vidimée aux archives du Prince. S¹⁶, n° 10.

JE Amey, seigneur de Neuschastel, fais savoir a tous ses presentes lettres regardans que comme messire Amey de Vaultravers chevalier, entre aultres choses que il doige tenir en fiefs de quinze sols estevenants sur la pesche de Travers, lesquels il percevoit un chascun an pour la raison dou devant dit fiez, je sachant et spontanee au devant dit chevalier et a ses hoirs en eschange et recompense des devant dits quinze solz, je donne perpetuellement et concede pour moy et mes successeurs mon mas dit Dor, sis ou confinage de Boveresce, en prelz, champs, hoiches, che-saulx et aultres terres ensemble de leurs pertinances, et se quelque chose que le dit mas aura plus de valeur au devant dit chevalier et ais hoirs en augmentation du dit fied lequel le est cogneu de tenir de moy, liberalement je luy donne et adsigne et promet au dit chevalier par bonne foy, que contre les eschange, recompense, donation et assignation devant dicts, en aucune choses devant dites non venir per moy ou per aultre ou temps advenir, mais au dit chevalier et a ces hoirs sur le dit mas Dor ensemble de ses appendises, celui je lui seray bon guerens mon sel emsemble avec le seel du venerable chapitre de lesglise de Neuschastel a ces presentes lettres ait vosu estre mis. Et nous devant dict chapitre a la instance du devant dict Amey, seignor du dict Neuschastel nostre seel a ses presentes lettres avons mis en testmogniage des choses devant mises. Donne et fait la vigil de saint Thomas apostre, lan nostre Seignour mille deux cent octante six.

⁽¹⁾ 20 décembre.

CCXLIII.

Mort d'Amédée, seigneur de Neuchâtel.

LE III FÉVRIER MCCLXXXVI. (1)

Chronique du chanoine anonyme aux archives du Prince. f° 2, v°.

ANNO Domini MCCLXXXVI, tertia february, obiit nobilis et potens dominus dominus Amedeus dominus Novi Castri.

(1) 1287.

CCXLIV.

Pierre, cleric, fils de Conon dit Tronchiun, bourgeois de Neuchâtel, déclare que son père avait concédé en aumône au chapitre de Neuchâtel, pour célébrer son anniversaire après sa mort, tous les biens immeubles ici détaillés, et que le chapitre mu de bonne volonté envers le fils lui en avait concédé la jouissance sa vie durant, se réservant quatre deniers de cens annuellement et lui imposant pour condition d'entretenir son père honnêtement et convenablement.

MARS MCCLXXXVI. (1)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. Q¹⁰, n° 48.

EGO Petrus clericus filius Cononis dicti Trunchiun, burgensis de Novo Castro, notum facio universis quod cum predictus Cono pater meus, de laude et consensu meo expresso, contulerit in elemosinam perpetuam viris venerabilibus preposito et capitulo Novi Castri, pro anniversario suo post ejus obitum solempniter faciendo, omnia bona sua immobilia videlicet domum suam de Chavannis, sitam inter domum Jacobi dicti Reamo et domum dicti Chivalier cum cellario et fundo terre, vineam de Brumelin sitam inter vineam Rembardi sutoris et vineam quam tenet ad presens dominus Jalins presbiter; item medietatem vinee quam ego et predictus pater meus habebamus indivisam, sitam in loco qui dicitur Faix, juxta vineam Stephani filii Wullermi latomi, et vigultum suum, atque ortum situm in vico molendinorum inter vigultum Chavanel et ortum predicti Chevalier, que omnia ad portionem hereditariam patris mei pacifice devenerant; item, duas partes de tenemento sito in territo-

rio de Finins ante Cellie, quo tenemento datur modius frumenti annuatim. De quibus omnibus predictus pater meus devestierat se pro se et suis heredibus et dictos prepositum et capitulum posuerat in possessionem corporalem, pacificam et quietam; tandem dicti prepositus et capitulum inspecta bona voluntate quam dictus pater meus habet erga ecclesiam et personas, in predicto Petro clerico filio predicti Cononis tanquam clerico dicte ecclesie, omnia predicta eis, ut dictum est, a patre meo collata, concesserunt, prout confiteor, et concedunt in beneficio personali ad vitam meam tantum tenenda et habenda, pro quatuor denariis usualis monete solvendis predicto capitulo in purificatione beate Marie annuatim, conditione tali apposita in predicta concessione mihi facta a predicto capitulo de rebus predictis, quod ego jam dicto patri meo quamdiu vixerit juxta posse meum et meas facultates teneor et promitto in vita et vestitu ministrare, debita sua omnibus solvere et possessiones predictas mihi, ut dictum est, a dicto capitulo ad vitam meam concessas fideliter colere, manutenere in bono statu, nec permittere pro posse meo deteriorare sed emendare. Que omnia me facturum promisi et promitto pro posse meo fide data; hoc etiam in premissis addito, quod res predictae in solidum sine aliqua obligatione sive alienatione aut contradictione in statu in quo erunt in die obitus mei post decessum meum libere revertatur, et quod dicti prepositus et capitulum se aut per alium in possessionem rerum predictarum auctoritate propria aggredi et intrare valeant aliquo impedimento non obstante. In cujus rei testimonium viri religiosi abbas fontis Andree et prior de Corcellis sigilla sua ad preces meas apposuerunt huic scripto. Et nos predicti abbas et prior sigilla nostra ad preces dicti Petri clerici presentibus litteris duximus apponenda in testimonium premissorum. Datum anno Domini MCCLXXXVI, mense martii.

(¹) 1287.

CCXLV.

Testament de Rodolphe de Coffrane, chanoine de Neuchâtel.

SAMEDI APRÈS L'ASCENSION MCCLXXXVII. (¹)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. J⁷, n^o 26.

IN nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Amen. Ego Rodulphus de Corfrano canonicus ecclesie Novi Castri, in bona valitudine corporis constitutus anime mee consulere cupiens, testamentum meum in hunc modum ordino et dispono: in primis sepulturam meam infra ecclesiam Novi Castri juxta tumulum bone memorie domini Henrici de Arins quondam canonici ejusdem ecclesie eligo. Item do, lego capitulo ecclesie Novi Castri quatuor libras lausannenses censuales post mortem meam in meo anniversario inter canonicos qui in ipso anniversario presentes fuerint dividendas. Item volo et ordino quod in altari beati Johannis retro magnum altare

ipsius ecclesie, duo presbyteri non beneficiati instituantur, quorum institutio ad me dum vixerim pertineat et post obitum meum spectat ad capitulum ecclesie sepedicte, qui presbyteri in eodem altari diebus singulis alternis vicibus missam celebrent in meorum et omnium fidelium remedium peccatorum nisi per necessitatem inevitabilem fuerint excusati, verumque dignus est operarius mercede sua, do, lego predicto altari sancti Johannis quatuor libras lausannenses censuales in perpetuum predictis presbiteris eorumque successoribus persolvendas; predicti autem census per me legati tam capitulo quam predicto altari sancti Johannis, nisi per me fuerint assignati per dominum Petrum de Columberio et dominum Parisium canonicos ecclesie Novi Castri quos executores meos facio et constituo, quibus etiam omnia bona mea mobilia obligo et assigno ad exequenda universa predicta, predictis capitulo et altari divisim debent plenius assignari. Si vero post assignationem dictorum censuum per me solvendorum per executores meos faciendam prefatis capitulo et altari beati Johannis prout superius est expressum, aliquid de bonis meis mobilibus superfuerunt, in hoc, heredes meos constituo prepositum et capitulum ecclesie Novi Castri. Volo autem quod dictum testamentum meum valeat jure testamenti et si non valeat jure testamenti valeat jure codicillorum, et si non valeat jure codicillorum valeat saltem jure cujuslibet ultime voluntatis. Testes ad hoc sunt vocati et rogati religiosus vir abbas fontis Andree, Richardus de Novo Castro, dominus Parisius et dominus Petrus de Columberio, canonici ecclesie Novi Castri, dominus W., curatus ipsius ecclesie, dominus Jacobus de Boudri, vicarius, dominus Aymendus celerarius et dominus Rodulphus, matricularius. In cujus rei testimonium sigillum meum videlicet predicti Rodulphi testatoris una cum sigillis discretorum virorum Johannis prepositi et capituli ecclesie Novi Castri, religiosi viri abbatis fontis Andree, Richardi de Novo Castro, domini Parisii et domini Petri de Columberio, canonici ecclesie Novi Castri, et domini Wullermi curati ejusdem ecclesie est appositum huic testamento. Nos autem predicti prepositus et capitulum presens testamentum et instrumentum in predicto altari beati Johannis de duobus presbyteris faciendis, laudamus et ratificamus, prout superius continetur; et nos abbas Richardus, Parisius, Petrus de Columberio canonici ecclesie Novi Castri et Wullermus curatus ejusdem ecclesie, sigilla nostra ad preces et instantiam predicti Rodulphi testatoris presenti testamento duximus apponenda. Datum anno Domini MCCLXXXVII, sabbato post ascensionem Domini.

(¹) 24 mai.

CCXLVI.

Othon et Pierre, fils de feu Jacques dit Pastorel, bourgeois d'Avenches, vendent au chapitre de Neuchâtel deux vignes situées dans le territoire de ce lieu, dont l'une au dessus de la porte des Chavannes et l'autre à la Recorbe, chargées l'une et l'autre de la dîme et du terrage.

MERCREDI APRÈS LA SAINT ANDRÉ APOTRE MCCLXXXVII. (1)

Original sur parchemin, aux archives du Prince. D^e, n^o 10.

Nos Otho et Petrus fratres, filii quondam Jacobi dicti Pastorel, burgenses de Aven-tica, notum facimus universis quod nos, non vi, non dolo, nec metu inducti, sed scientes et spontanei et sana memoria constituti, et pro evidenti utilitate nostra, de laude tamen et consensu expresso scilicet matris nostre, vendidimus et titulo pure et perfecte venditionis tradidimus exceptis decima et terragio in perpetuum possidendas et habendas, vineas nostras sitas in territorio Novi Castri quarum una sita est desuper portam de Cavannis inter duas stratas publicas et juxta vineam dicti Chenuet, alia vero sita est en li Recorba, juxta vicum publicum et vineam Stephani dicti de Grandissono burgensis de Novo Castro, viris venerabilibus capitulo ecclesie Novi Castri lausannensis dyocesis, pro viginti octo libris et quindecem solidis bonorum lausannensium nobis a domino Rodulpho canonico dicte ecclesie nomine dicti capituli traditis et solutis in bona pecunia numerata. Unde renunciamus exceptioni non numerate, non recepte et non solute pecunie, et omni exceptioni doli et deceptionis, minoris pretii, auctioni in factum, restitutioni in integrum, et constitutioni qua cavetur quod deceptus ultra dimidiam justi pretii potest petere, quod aut venditio rescindatur aut defectui justis pretii suppleatur, juri que reprobanti generales renunciaciones nisi precesserint speciales, et omnibus exceptionibus juris canonici et civilis per quas posset dicta venditio annullari vel rescindi, et generaliter omnibus exceptionibus que nobis possent prodesse in hoc facto et dicto capitulo in posterum prejudicium generare. Devestientes etiam nos et heredes nostros de vineis supradictis et dictum capitulum investiendo de eisdem, proprietatem ipsarum vinearum in proprium capitulum totaliter transferendo. Promittimus autem pro nobis et heredibus nostris juramento supra sancta Dei evangelia prebito, quod nos contra hujusmodi venditionem seu contra presens instrumentum non veniemus per nos vel per alium in futurum. Sed de predictis vineis ipsi capitulo erimus in judicio et extra werentes legitimi contra omnes. In cujus rei testimonium sigillum nobilis viri Amedei⁽²⁾ domini Novi Castri una cum sigillo religiosi viri abbatis fontis Andree apponi rogavimus huic sripto. Nos vero dictus Amedeus dominus Novi Castri qui de dictis vineis laudemia habui et recepi, et abbas fontis Andree ad preces et petitionem dictorum Othonis, Petri et Sibilie,

sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini MCCLXXXVII, die mercurii post festum Andree apostoli.

(¹) 3 décembre.

(²) Amédée n'était donc pas mort comme l'indique le document CCXLIII.

CCXLVII.

Rodolphe, roi des Romains, accorde à Pierre, évêque de Bâle, l'autorisation de continuer les travaux commencés par son prédécesseur l'évêque Henri, pour la construction et la fortification du château du Schlossberg.

DES KAL. DE SEPTEMBRE MCCLXXXVIII. (¹)

Code dipl. de l'église de Bâle, p. 200; et Hergott geneal. habsb. T. II, pars II, p. 537, n° 649.

RODULFUS, Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Inter ceteros imperii romani principes et nostri precipuos principatus amicos, quondam venerabilis Henricus, basiliensis episcopus, per virtutem suam insignia et obsequia gratiosa nobis et romano imperio frequenter impensa, sibi favoris nostri et gratie plenitudinem plenius comparavit, sic, quod sibi ex certa scientia et gratia speciali indulsumus et concessimus, ob predicta obsequia, quod castrum Slosbergh posset construere, et munitionem erigere, prout sibi et sue ecclesie expediret. Et quia circa hoc frequens nostra versatur intentio, quod ecclesie, in quibus pro nostre salutis augmento unigenitus Dei filius placabiliter exoratur, sub officii nobis commisi regimine de bono in melius salutaria suscipiant incrementa, nos considerantes diligentius, qualiter venerabilis Petrus, prefati quondam Heinrici in ecclesia basiliensi successor princeps noster dilectus, in partibus Germanie nobis et romano imperio grati obsequii fructus multiplice germinavit qui suarum virtutum candore et claritate fidei luminosa ad instar Luciferi matutini, ceteros imperii romani principes antecedit, sibi ex certa scientia concedimus, damus et ex speciali gratia, qua ipsum et suam ecclesiam incessanter amplectimur, specialiter indulgemus, ut supra dictum castrum Slosperch construat, et inchoatam ipsius structuram valeat salubriter consummare. In cujus rei testimonium presens scriptum majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum in castris ante Bernam, kalendis septembris, indictione I, anno Domini MCCLXXXVIII, regni vero nostri anno quinto decimo.

(¹) 1^{er} septembre.

CCXLVIII.

Rodolphe, roi des Romains, dit que Rollin, seigneur de Neuchâtel, son cher vassal, s'était présenté devant lui et lui avait remis librement et volontairement le château et la ville de Neuchâtel avec toutes leurs appartenances et dépendances, et que, à la prière de Rollin, il avait ensuite inféodé cette terre à Jean de Châlon, seigneur d'Arlay, en lui réservant l'hommage qu'il devait au comte et duc de Bourgogne.

IDES DE SEPTEMBRE MCCLXXXVIII. ⁽¹⁾

Copies vidimées sur parchemin aux archives du Prince. L^s, n^o 28 et N^s, n^o 12.

RUDOLFUS Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis imperii sacri romani fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Accedens jampridem nostre majestatis presentiam nobilis vir Rolinus dominus Novi Castri filius quondam Amedei domini de Novo Castro fidelis noster dilectus, castrum quod dicitur Novum Castrum et villam ipsius castri super lacum lausannensis diocesis sitam, cum allodiis, feodis et retrofeodis, cum judiciis, pedagiis, jurisdictionibus, aquis, aquarum decursibus et nigras juras ac rebus aliis quocumque nomine censeantur, que idem a nobis et imperio tenebat in feodum, in manus nostras libere resignavit; nos itaque considerantes imperium sublimioris fastigii incrementa suscipere cum generose prosapie viros polentes nobis et imperio ad debitricis fidelitatis homagium vendicamus, ad preces predicti Rolini, nobili viro Johanni de Cabilone domino de Arlato fratri et fideli nostro dilecto. Ad cujus utique honorem et profectum votivis aspiramus affectibus predictum castrum et villam, cum feodis, retrofeodis et aliis premissis omnibus a nobis et imperio per eum et suos heredes legitimos in feodum possidenda perpetuo liberaliter concedimus, ac eum de eodem feodo presentibus investimus, homagio tamen quod illustribus comiti Burgundie ac duci Burgundie prius prestitit sibi salvo. In cujus concessionis testimonium presentes litteras sibi tradimus nostre majestatis sigilli munimine communitas. Datum in castris ante Bernam, idibus septembris, indictione prima, anno Domini MCCLXXXVIII, regni vero nostri anno xv.

(¹) 15 septembre.

CCXLIX.

Jean de Neuchâtel, prévôt de l'église de Châlon et curateur de Rollin, seigneur de Neuchâtel, et Richard son frère, déclarent que Rollin leur neveu avait fait hommage à Rodolphe, roi des Romains, du château et de la ville de Neuchâtel avec leurs dépendances, et qu'ensuite des ordres que lui avait donnés ce souverain, il avait prêté hommage pour les mêmes choses à Jean de Châlon, seigneur d'Arlay, après avoir été autorisé à le faire par son curateur.

DU XIII AU XXX SEPTEMBRE MCCLXXXVIII.

Copie non vidimée dans la coll. dipl. de Haller à la bibl. de Berne. T. XXXIX, arm. II, n° 83, p. 486.

Nos Johannes de Novo Castro super lacum lausannensis dyocesis prepositus cabilonensis, curator Rolini, filii fratris mei, domini de Novo Castro, et Richardus frater ejus, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum dictus Rolinus nepos noster fecisset fidelitatem excellentissimo principi Rodulpho, Dei gratia romanorum regi et semper augusto, et ab eo cepisset in feudum castrum et villam de Novo Castro super lacum, lausannensis dyocesis, cum omnibus juribus, pertinentiis et appendiciis, cum aliis ad dictum castrum et villam pertinentibus, quocumque nomine censeantur, prout Amedeus pater dicti Rolini et ejus predecessores predicta omnia et singula a romano imperio in feudum hactenus tenuerant, et idem Rolinus de mandato et voluntate predicti principis excellentissimi Rodulphi, Dei gratia romanorum regis semper augusti, auctoritate sibi a nobis quoad hoc prestita nomine curatorio, super predictis Castro Novo et villa, cum omnibus juribus et pertinentiis, prout superius expressum est, fecit fidelitatem et homagium nobili viro domino Johanni de Cabilone domino de Arlato, et predicta prout superius sunt expressa cepit in feudum ab eodem.

In cujus rei testimonium, nos Johannes et Richardus frater ejus sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda.

Actum et datum anno Domini MCCLXXXVIII, mense septembris.

CCL.

Guillaume, évêque de Lausanne, déclare que Rollin, seigneur de Neuchâtel, avait reconnu en sa présence avoir pris en fief de Jean de Châlon, seigneur d'Arlay, le château et la ville de Neuchâtel avec les dépendances du fief d'empire, sauf et réservé les choses pour lesquelles le dit Rollin était tenu de prêter hommage à l'église de Lausanne.

DU XIII AU XXX SEPTEMBRE MCCLXXXVIII.

Copie vid. dans la coll. dipl. du baron F. de Chambrier. — Coll. dipl. de Haller à la bibl. de Berne, T. 21, p. 411.

Nos Guillelmus Dei gratia lausannensis episcopus, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod in nostra presentia personaliter constitutus et ad hoc specialiter veniens in jure et judicio coram nobis nobilis domicellus Rolinus dominus de Novo Castro super lacum, lausannensis diocesis, quondam filius Amedei domini ejusdem loci, non vi, non dolo, non metu inductus, non ab aliquo circumventus, sed mera et spontanea voluntate, confessus est in jure et judicio coram nobis se cepisse in feudum a nobili viro domino Johanne de Cabilone domino de Arlato domino suo, castrum et villam de Novo Castro super lacum, lausannensis diocesis predictae, cum universis juribus, pertinentiis et appenditiis ejusdem, quocumque nomine censeantur, et omnibus feudis, retrofeudis et aliis ad dictum castrum et villam pertinentibus quibuscunque; item pedagia seu vectigalia, aquas, aquarum decursus et nigras juras que et quas habet, habere potest et debet ratione et nomine domini; castrum de Novo Castro et villam cum appenditiis seu pertinentiis ejusdem, prout Amedeus pater ejus et ipsius predecessores predicta omnia et singula ab imperio romano hactenus tenuerunt. Confessus est etiam idem Rolinus se cepisse in feudum a dicto domino Johanne de Cabilone, si que sint alia que sunt de feudo dicti romani imperii, que in hac littera non notantur, salvo tamen in omnibus et per omnia feudo quod idem Rolinus tenere debet ab ecclesia lausannensi et his que de dicto feudo esse noscuntur. Promisit siquidem dominus Rolinus per juramentum suum super sacra Dei evangelia sponte prestitum, tactis sacrosanctis evangeliiis, se contra premissa vel aliqua premissorum non venire per se vel per alium, nec alicui contra venire volenti consentire tacite vel expresse, verbo vel facto, nutu vel signo, sed potius garantire contra omnes semper et ubique in omni foro; renuncians in hoc facto, et certa scientia sub vi prestiti juramenti, exceptionibus vis, doli, metus, et omnis deceptionis, circumventionis, in integrum restitutionis, minoris etatis, tutele vel cure beneficio et auxilio, et omnibus gratiis in favorem minorum introductis, et omnibus aliis exceptionibus et rationibus quibus presens instrumentum vel hec confessio ullo modo annullari potest in posterum, vel rescindi, et specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere. Voluit insuper dictus Rolinus, et

quoad hoc jurisdictioni nostre se supposuit, quod si forte contingeret ipsum venire contra premissa aut aliqua premissorum, nos ipsum ad observationem premissorum et cujuslibet premissorum compelleremus et compelli faceremus per sententias excommunicationis in personam suam et omnecunque bonum suum ubicunque se habuerit, exceptione aliqua non obstante. In cujus rei testimonium ad preces et instanciam dicti Rolini sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Actum et datum anno Domini MCCLXXXVIII, mense septembris.

CCLI.

Conon dit Muotes, bourgeois de Fribourg, vend au chapitre de Neuchâtel, des cens assignés sur des terres à Cornaux.

JEUDI APRÈS LA SAINT LUC MCCLXXXVIII. (1)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. A⁷, n° 10.

EGO Cono dictus Muotes, burgensis de Friburgo, notum facio universis quod ego de laude et consensu Wulliermete uxoris mee, Cononis filii mei, vendidi et vendo in perpetuum venerabili capitulo ecclesie Novi Castri, lausannensis diocesis, septem solidos lausannenses censuales quos Humbertus dictus Pansera et Petrus frater ejus et participes eorumdem michi debebant annuatim in festo beati Andree apostoli super eorum tenementum, et duodecim solidos cursalis monete in villa et dominio Novi Castri, et quatuor capones persolvendos annuatim in festo sancti Galli. De quibus duodecim solidis et quatuor caponibus Wulliermus, Johannes et Petrus filii quondam Johannis Busin de Curnal, debent sex solidos et duos capones, Wuller-mus et Petrus filii Endrysier de Curnal alios sex solidos et duos capones super terram quam tenent in villa et territorio de Curnal. De quo censu prenotato et de omni jure, querela, actione, duplo replacito, et de omni jure, querela et actione quod et quam habeo seu habere possum vel debeo de jure vel de facto seu consuetudine, in terris, pratis, casalibus, oschiis, nemoribus, et rebus aliis, de quibus dictus census debetur, devestio me vel quasi, dictum capitulum corporaliter vel quasi investiendo pro tresdecim libris lausannensis monete michi a predicto capitulo jam datis et solutis in bona pecunia numerata ob causam venditionis predictae. Unde renuncio exceptioni non numerate, non recepte et non solute pecunie, minoris pretii, beneficio restitutionis in integrum, juri dicenti deceptis et non decipientibus debere subveniri; et predicta Wulliermeta uxor mea renunciavit in hac parte privilegio dotis seu donationis propter nuptias, juri ypothecarum pro dote; item predictus Cono filius meus renunciavit exceptioni minoris etatis. Et promissimus omnes predicti Cono Muotes, Wulliermeta ejus uxor et Cono eorum filius,

quod contra predictam venditionem seu contra investituram aut contra presens instrumentum non veniemus per nos aut per alium in futurum, sed nos et heredes nostri feremus predicto capitulo de censu predicto et de rebus pro quibus dictus census debetur, si census, quod absit, non solveretur, guerentiam in perpetuum contra omnes. In cuius rei testimonium religiosus vir abbas fontis Andree et illustris vir ac venerabilis Johannes prepositus Novi Castri tutor Rodulphi nepotis sui domini Novi Castri, tutorio nomine, sigilla sua ad preces nostras, videlicet Cononis, Wulliermete et Cononis filii eorum presentibus litteris duxerunt apponenda. Actum anno Domini MCCLXXXVIII, die Jovis post festum beati Luce evangeliste.

(¹) 21 octobre.

CCLII.

Guillemette, femme de Conon dit Muotes, et Conon son fils, consentent à la vente stipulée dans l'acte précédent.

DÉCEMBRE MCCLXXXVIII.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. A⁷, n° 10 a).

VIRIS venerabilibus et discretis domino abbati fontis Andree et domino Johanni preposito Novi Castri, tutori Rodulphi domini dicti Novi Castri, Willerma uxor Cononis dicti Muotes et Cono ejusdem Cononis filius, salutem cum omni reverentia et honore. Noveritis quod nos venditionem factam per dictum Cononem Muotes maritum et patrem nostrum venerabili capitulo Novi Castri de septem solidis lausannensibus censualibus quos debent Humbertus et Petrus dicti Passeres et eorum participes et de duodecim solidis censualibus usualis monete in villa Novi Castri et quatuor caponibus quos debent filii quondam Johannis et filii Endrisier de Curnal, prout in littera presenti littere annexa continetur, laudamus, approbamus et confirmamus, et promittimus fide data nomine juramenti quod contra non veniemus, et renunciamus expresse exceptionibus in ipsa littera contentis. Quare rogamus vos et requisimus eo affectu quo valemus ampliori, quatinus in littera presenti littere annexa super dictam venditionem confecta sigilla vestra apponatis in testimonium dicte venditionis. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Willermi curati de Friburgo ad preces nostras est appositum huic scripto. Datum anno Domini MCCLXXXVIII, mense decembris.

CCLIII.

Ulrich et Rodolphe d'Avenches, chevaliers, Jean et Conon, domzels, frères, mandent à Guillaume, évêque de Lausanne, qu'ils ont renoncé en faveur du couvent de Fontaine-André au droit de présentation à l'église de Meyrie.

LENDEMAIN DE L'INVENTION DE SAINTE CROIX MCCLXXXIX. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux arch. du Prince. O^s, n° 12.

REVERENDO in Christo patri ac domino suo amato Willermo Dei gratia lausannensi episcopo, Uldricus et Rodolphus de Aventhica, milites, Johannes et Cono, domicelli, fratres, reverentiam in omnibus debitam et devotam. Cum vacante ecclesia de Merye per mortem domini Aymonis curati dicte ecclesie, vobis Uldricum clericum filium predicti Cononis unanimiter presentavimus, cumque feodum quod Petrus de Oleyres domicellus a nobis tenere dignoscebatur nondum divisum extiterat, licet postmodum dominium ipsius feodi ad prefatum Cononem fratrem nostrum in portionem hereditariam ipsius Cononis devenerit, et dictus Petrus de Oleyres, ipsum feodum a nobis nondum recepisset, de quo feodo intendimus jus patronatus et presentationem dicte ecclesie extitisse, paternitati vestre significamus quod nos quicquid juris, rationis, possessionis, domini vel quasi habebamus seu habere poteramus de jure vel facto ex quacunque causa in ipsa presentatione, damus, conferimus et in perpetuum concedimus in elemosinam perpetuam pro remedio animarum nostrarum et antecessorum nostrorum viris religiosis abbati et conventui fontis Andree premonstratensis ordinis, devestientes nos vel quasi de omni jure, querela et actione quod et quam habebamus seu habere poteramus de jure, facto vel consuetudine in presentatione predicta, predictos religiosos investiendo vel quasi de eisdem, promittentes bona fide pro nobis et heredibus nostris quod contra non veniemus per nos vel per alium in futurum; et insuper laudamus, approbamus, auctorisamus, ratam habemus et confirmamus donationem factam a predecessoribus Petri de Oleres de ecclesia de Merye et jure patronatus cum pertinentiis suis, rogantes vos ut predictis religiosis litteras sigillo vestro sigillatas conferre dignetis qualescunque eis facere placuerit tam super collatione predicte elemosine quam super quittance a nobis eisdem facta de predictis, et super laudo nostro de collatione ejusdem ecclesie dictis religiosis facta a predecessoribus Petri supradicti. Renuntiantes insuper per presentes presentationi a nobis facta de ipso Uldrico cum nullum jus in ipsa presentatione habeamus, paternitatem vestram rogantes et requirantes, quod non obstante presentatione nostra, illum quem vobis dicti religiosi ad curam ipsius ecclesie predicte presentaverint, recipiatur si vestre placuerit voluntati. In cujus rei testimonium ego dictus Uldricus de Aventhica miles, sigillum

meum duxi presentibus apponendum. Nos vero dicti Rodolfus miles Johannes et Cono domicelli fratres sigillum domini Willermi curati de Aventhica poni rogavimus huic scripto. Datum in crastino inventionis sancte crucis, anno Domini MCCLXXXIX.

(¹) 4 mai.

CCLIV.

Les mêmes déclarent qu'ils ont fait don au couvent de Fontaine-André du droit de patronage sur l'église de Meyrie.

DIMANCHE APRÈS LA FÊTE DES SAINTS PHILIPPE ET JACQUES MCCLXXXIX. (¹)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. N^o, n^o 25.

Nos Uldricus, Rodolphus, milites, Johannes et Cono domicelli de Aventica, fratres, notum facimus universis quod vacante nuper ecclesia de Merie per mortem quondam domini Aymonis quondam curati dicte ecclesie, nos intendentes jus patronatus ipsius ecclesie ad nos debere pertinere, pro eo videlicet quod a nobis et progenitoribus nostris Petrus de Olieres domicellus et progenitores sui illud tenere debebant in feudum et ipsum jus patronatus datum ac alienatum fuerit sine consensu nostro sive progenitorum nostrorum in manibus religiosorum virorum abbatis et conventus fontis Andree premonstratensis ordinis, nec ipsum feudum dictus Petrus receperat a nobis ut debuit, propter quod intendentes dictum jus patronatus nobis incidisse in commissum, ad dictam ecclesiam de Merie presentavimus Uldricum clericum filium meum predicti Cononis. Dictis vero religiosis contrarium asserentibus et dicentibus ad se dictum jus patronatus debere pertinere pleno jure, et quemdam alium ad ipsam ecclesiam presentantibus, diu super hoc inter nos et dictos religiosos extitit litigatum; tandem nos dicti fratres, Deum habentes pre oculis, pro remedio animarum nostrarum et predecessorum nostrorum, damus et concedimus in perpetuum et nos dedisse confitemur titulo pure et irrevocabilis donationis facte inter vivos dictis abbati et conventui et eorum successoribus quicquid juris possessionis vel quasi proprietatis et domini habemus vel habere debemus, omnes simul aut singulariter vel divisim, aut progenitores nostri, umquam habuerunt in patronatu sive advocatia ipsius ecclesie aut in jure ipsius patronatus sive advocatie, et laudamus, approbamus, autorisamus, ratam habemus et confirmamus donationem sive alienationem factam in manibus dictorum religiosorum sive predecessorum suorum quondam a domino Petro de Olieres milite, patre quondam dicti Petri de Olieres vel ab aliis quibuscunque super dicta ecclesia de Merye sive jure patronatus aut advocatie ipsius ecclesie. Devestientes nos de jure dicti patronatus et rebus aliis supradictis et dictos religiosos investimus et in possessionem inducimus de eisdem animo transferendi in ipsos religiosos et successores ipsorum omne jus et dominium et omnem possessionem vel quasi rerum omnium predictarum nichil nobis vel

nostris heredibus retinentes in predictis, sed totaliter transferimus in predictos religiosos. Nos autem Willelmus domicellus, filius dicti domini Uldrici, Margaretha uxor predicti domini Rodulphi, Johannes et Petrus filii ipsius domini Rodulphi, Jaqueta uxor predicti Johannis fratris predicti domini Uldrici, Alexia uxor predicti Cononis, Willelmus curatus de Aventica, Uldricus, Johannes, Otto et Petrus filii ipsius Cononis, laudamus, approbamus et grata habemus omnia et singula supradicta et ea esse facta confitemur de nostra libera voluntate et consensu. Promittentes nos omnes et singuli supradicti, solempni stipulatione et juramento a nobis prestito corporali, predicta omnia et singula attendere et inviolabiliter observare et nullatenus per nos vel per alium contra ire de jure vel de facto sive contra presens instrumentum aut contra ire volenti aliquatenus consentire. Renunciantes sub vi prestiti juramenti, omni exceptioni doli, metus, in factum et actioni immense donationis, omni privilegio dotis et omni consuetudini patrie sive loci, et juri scripto et non scripto, et omni exceptioni juris et facti per quam possemus venire contra predicta seu aliquod de predictis, seu contra presens instrumentum, et specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis. In quorum omnium robur et testimonium nos omnes et singuli supradicti sigillum reverendi patris in Christo ac domini Willelmi Dei gratia lausannensis episcopi poni rogavimus huic scripto. Et nos predictus episcopus qui predictae donationi et predictis aliis omnibus consentimus et qui ea auctoritate qua possumus confirmamus pro nobis et ad preces omnium et singulorum predictorum quorum interest, sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto in testimonium omnium premissorum. Datum mense maji, dominica post festum beatorum apostolorum Philippi et Jacobi, anno Domini MCCLXXXIX.

(¹) 8 mai.

CCLV.

Nicolet d'Estavayer dit de Cossonay, bourgeois de Neuchâtel, vend à Hugues dit de Grandson, sa vigne située sur le chemin public par lequel on va depuis le bourg de Neuchâtel à l'hôpital.

LE JOUR DE LA FÊTE DE SAINT JEAN L'ÉVANGÉLISTE MCCLXXXIX. (¹)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. G^s, n^o 9.

EGO Nicholetus de Estavayaco dictus de Cossonay, burgensis de Novo Castro, notum facio universis quod ego de laude et consensu Perrete uxoris mee, vendo et titulo pure venditionis trado pro me et heredibus meis Hugueto dicto de Grandissono et heredibus suis in perpetuum possidendam et habendam pacifice ac quiete vineam meam sitam super stratam publicam per quam itur a burgo Novi Castri ad hospitale a parte inferiori inter vineam Johannis monetarii et vineam que fuit quon-

dam Robertet, pro sex libris lausannensis monete michi jam datis et solutis a predicto Huguetto in bona pecunia numerata. Unde renuncio in hac parte exceptioni non numerate, non recepte et non solute pecunie, minoris pretii, beneficio restitutionis in integrum, juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesse- rit specialis; et predicta Perreta renunciavit juri ypothecarum pro dote et omnibus aliis exceptionibus et rationibus juris et facti scriptis et non scriptis per quas possit hujusmodi venditio impediri seu annullari. De qua vinea prenotata cum fondo terre et appendiciis ipsius vinee devestio me pro me et heredibus meis, predictum Huguetum pro se et heredibus suis corporaliter investiens et in possessionem corporalem ponendo, animo in ipsum dominium vel quasi transferendi libere, salva decima et duodecim denariis lausannensis monete solvendis capitulo Novi Castri et salvo terragio prestando et solvendo domino Novi Castri. Et promittimus fide data nomine juramenti tam ego predictus Nicholaus quam Perreta uxor mea pro nobis et heredibus nostris, quod contra predictam venditionem seu investituram aut contra presens instrumentum non veniemus per nos aut per alium in futurum, sed feremus predicto Huguetto dicto de Grandissono burgensi de Novo Castro et heredibus suis de ipsa vinea, fondo terre et appendiciis ipsius vinee, guerentiam in perpetuum contra omnes. Verum cum jam dicta vinea a domino Novi Castri moveri dignoscatur, prout dictum est, nos Johannes prepositus Novi Castri tutor Rudolphi nepotis nostri domini Novi Castri, nomine et vice dicti domini dictam venditionem laudamus, approbamus, ratam habemus et confirmamus pro justo pretio laudis nobis a predicto Huguetto in solidum nomine et vice ipsius Rodulphi jam dato et soluto in bona pecunia numerata; pro quo laudo et pro terragio suprascripto promisimus et promittimus bona fide, nomine et vice dicti domini Novi Castri, predicto Huguetto et heredibus suis de predicta vinea et appendiciis ipsius vinee ferre guerentiam in perpetuum, salvo jure alterius, contra omnes. Et nos predictum capitulum Novi Castri ipsam venditionem, quantum in nobis est, laudamus, approbamus et ratam habemus et confirmamus. In cujus rei testimonium nos predictus Johannes prepositus pro nobis et nomine ac vice dicti Rodulphi nepotis nostri, cujus tutelam et curam gerimus, et nos predictum capitulum pro nobis sigilla nostra ad preces et instanciam predictorum Nicholeti et Perrete, presentibus litteris duximus apponenda ad confirmationem rei geste. Datum et actum anno Domini MCLXXXIX, in festo beati Marchi evangeliste.

(¹) 25 avril.

CCLVI.

Rodolphe de Coffrane, chanoine de Neuchâtel, déclare que par son testament il avait ordonné que le chapitre établît deux prêtres non bénéficiés pour desservir l'autel de saint Jean, derrière le grand autel; conformément à cette volonté, le chapitre nomme messire Ulrich de Peseux comme l'un des deux chapelains.

JUN MCCLXXXIX.

Original sur parchemin aux archives du Prince. G¹⁰, n^o 14.

NOVERINT universi presentes litteras inspecturi, quod ego Rodulphus de Corfrano quondam curatus ecclesie sancti Blasii nec non canonicus ecclesie Novi Castri, lausannensis diocesis, in testamento meo disposuerim, quod in altari sancti Johannis sito retro magnum altare in eadem ecclesia Novi Castri, a me dum vixero et post obitum meum a capitulo predictae ecclesie Novi Castri duo presbiteri non beneficiati instituantur qui alternative singulis diebus ibi missam celebrent in meorum et omnium fidelium defunctorum remedium peccatorum; et quia dignus est operarius mercede sua, servitoribus predicti altaris de laude et consensu prepositi et capituli prefate ecclesie Novi Castri quatuor libras monete lausannensis censuales dedimus et legavimus, dominum Uldricum de Pusue presbiterum unum de duobus prefatis presbiteris ipsi altari instituo qui eidem altari deserviat alternatis vicibus, prout superius est expressum. Nos vero prefatus prepositus Novi Castri et capitulum ejusdem loci prout in testamento prefati domini Rodulphi ab ipso est ordinatum predictum dominum Uldricum de Pusue ab eodem domino Rodulpho unum de duobus presbiteris supradictis dicto altari institutum ad servicium dicti altaris recepimus et eundem ipsi altari instituimus, et ipsi domino Uldrico et successoribus suis in ipso altari et voluntate et requisitione prefati domini Rodulphi damus in perpetuum et concedimus nomine quadraginta solidorum de quatuor libris lausannensibus censualibus supradictis vineam sitam super portam de Chavannis, exceptis tamen decima et terragio; quam vineam emit dictus dominus Rodulphus nomine nostro et capituli nostri a filiis quondam Jacobi dicti Pastorel de Aventica et septem solidos lausannenses censuales in festo beati Andree annuatim ipsi domino Uldrico et successoribus suis in dicto altari persolvendos quos emit jam dictus Rodulphus nomine capituli nostri a Conone dicto Muotes burgensi de Friburgo sitos apud Avarnier super tenementum quod tenet Umbertus dictus Passere et sui participes, et quinque solidos lausannenses censuales quos eidem dominus Rodulphus predictus nomine dicti altaris tenetur assignare. Devestientes nos de predicta vinea et censu supradicto et dominum Uldricum predictum et successores suos in sepedicto altari nomine dictorum quadraginta solidorum lausannensium censualium corporaliter investimus de

eisdem. Ego vero prefatus Uldricus presbiter inspecta utilitate mea et anime mee, do et lego in elemosinam perpetuam post obitum meum servitoribus dicti altaris vineam meam sitam in territorio de Crousa juxta vineam Auberti de Corfrano burgensis Novi Castri. In quorum omnium testimonium nos prefati prepositus et capitulum sigilla nostra una cum sigillo sepedicti domini Rodulphi presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini MCCLXXXIX, mense junii.

CCLVII.

Guillaume dit de la Tour, bourgeois de Neuchâtel, vend à l'abbaye de Saint-Jean une terre sise dans le finage de Prêle.

SAMEDI AVANT LA FÊTE DE SAINT MICHEL MCCLXXXIX. (1)

Livres de Saint-Jean aux arch. des fiefs à Berne. T. 1, f° 495.

NOVERINT universi presentem litteram inspecturi, quod ego Wilhelmus dictus de turre, burgensis de Novo Castro, non vi, non dolo inductus, sed sciens et spontaneus, propter evidentem utilitatem meam, de laude et consensu Agnelete et liberorum meorum Renerii et Auberti, vendidi titulo pure et perfecte venditionis in perpetuum viris religiosi abbati et conventui ecclesie herilacensis terram meam que sita est in confinio de Prele, de qua terra Uldricus dictus li allemand reddit octo mensuras frumenti et sex mensuras avene vulgariter dictas esmines ad mensuram Novi Castri, pro septuaginta solidis basiliensis bone monete, quos ab ipsis religiosi ob hanc venditionem recepi et habui in bona pecunia numerata, me et meos de prefata terra devestiens et prefatos abbatem et conventum et eorum ecclesiam perhenniter investiivi de eadem. Abrenuncians in hoc facto omni juri canonico et civili, scripto et non scripto, constituto et constituendo, consuetudini terre, et usui, et constitutioni ultra dimidiam justi pretii, et omnibus aliis exceptionibus juris canonici et civilis per quas posset in posterum presens venditio annullari aut rescindi. Promittens insuper per fidem meam corporaliter prestitam quod gueirens ero prefate ecclesie de venditione supradicta fideliter contra omnes. In cujus rei testimonium sigillum venerabilis viri et discreti domini Johannis prepositi ecclesie Novi Castri, nos predicti Wilhelmus, Agneleta, Renerius et Aubertus presentibus litteris rogavimus apponi in testimonium veritatis. Actum anno Domini MCCLXXXIX, sabbatho ante festum beati Michaelis.

(1) 24 septembre.

CCLVIII.

Etienne dit de Grandson, bourgeois de Neuchâtel, vend des cens assignés sur sa maison, rue de Chavannes, et sur sa vigne au vignoble de Serrières.

MAI MCCXC.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. H⁴⁰, n^o 4.

EGO Stephanus dictus de Grancon burgensis Novi Castri notum facio universis quod ego non vi, non dolo, nec metu inductus, sed sciens et spontaneus et in sana memoria constitutus, de laude et consensu Agnelete uxoris mee, Jacobi, Johannini et Nicholete, liberorum meorum, vendidi et titulo pure venditionis tradidi viris venerabilibus preposito et capitulo ecclesie Novi Castri duodecem solidos lausannenses censuales eisdem aut eorum mandato in festo beati Galli annuatim persolvendos pro novem libris lausannensibus mihi ab ipsis traditis et solutis in bona pecunia numerata; quos duodecem solidos predictos assigno annuatim percipiendos, recuperandos et habendos a predictis preposito et capitulo aut eorum mandato, in dicto termino secundum consuetudines et usus Novi Castri, super domum meam sitam apud Novum Castrum in vico de Cavannis, juxta domum dicti Sebastian ex una parte, et juxta domum Petri Wane ex altera, et super vineam meam sitam in territorio de Sarrieres juxta vineam Hugonis dicti de Grancon burgensis Novi Castri ex una parte, et juxta vineam quondam Stephani de Fresain ex altera, tali forma, quod si dicta domus inhabitata aut inculta remaneret possessor dicte vinee quicumque fuerit ad solvendum censum predictum in solidum tenetur, et si dicta vinea inculta remaneret quicumque possessor dicte domus fuerit ad dictum censum solvendum in solidum tenetur, et predicti prepositus et capitulum ad domum inhabitatam aut ad vineam incultam haberent recursum tamquam ad suam propriam, salvo jure domini Novi Castri. Devestiens etiam me et heredes meos de predicto censu vel quasi et dictos prepositum et capitulum corporaliter investivi de eodem et quicquid in dicta domo et vinea possideo confiteor me a predictis preposito et capitulo pro predicto censu sibi ut dictum est annuatim persolvendo possidere salvo jure predicti domini Novi Castri. Unde arrenuncio penitus in hoc facto, exceptioni non numerate, non tradite, nec solute pecunie, doli mali et in factum, restitutioni in integrum, minoris pretii, deceptionis, juris reprobanti generales arrenunciations nisi precesserint speciales, et omnibus aliis exceptionibus juris canonici et civilis que mihi et heredibus meis possent competere in futurum et predictis preposito et capitulo prejudicium generare. Nos vero Jacobus, Johanninus et Nicholeta predicti arrenuntiamus exceptioni minoris etatis. In cujus rei testimonium nos predicti Stephanus, Agneleta ejus uxor, Jacobus, Johanninus et Nicholeta eorumdem liberi,

sigillum venerabilis viri Johannis prepositi Novi Castri tutoris Rudolphi domini dicti loci una cum sigillo domini Wullermi curati ecclesie Novi Castri presentibus litteris rogavimus apponi et nos predictus Johannes prepositus nomine et vice dicti Rodulphi nepotis nostri dictam venditionem laudamus et approbamus pro justo pretio laudis inde recepto et sigillum nostrum una cum sigillo predicti curati ad preces et requisitionem dicti Stephani et uxoris ejus cum eorumdem liberis predictis presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini MCCXC, mense maji.

CCLIX.

Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, autorisé par son oncle et curateur Jean, prévôt de l'église de Neuchâtel, lequel agissait aussi en son propre nom avec Richard son frère et la commune générale des bourgeois de Neuchâtel, d'une part, et les consuls et la commune générale des bourgeois de Fribourg, d'autre part, font une confédération et alliance offensive pour cinq ans, spécialement contre Guillaume d'Arberg et Jean de Valangin, et contre leurs frères et leurs aidants.

SAMEDI APRÈS L'INVENTION DE SAINT ÉTIENNE MCCXC. (1)

Original sur parchemin aux archives cantonales de Fribourg.

NOVERINT universi presentes litteras inspecturi quod nos Rodulphus dominus Novi Castri auctoritate dilecti avunculi et curatoris mei Johannis prepositi ecclesie Novi Castri, predictus Johannes et Richardus fratres totaque communitas burgensium Novi Castri dicti domini nostri, et fratrum accedente consensu et mandato, nos quoque consules et universitas burgensium de Friburgo, communi utilitate nostra diligenter inspecta, et ut nobis adversantium incursus et insidias facilius evitemus, confederationem inivimus ad invicem inter nos deinceps et a proximo festo assumptionis beate Marie virginis per continuum quinquennium stipulatione solempni, bona fide, absque dolo et versutia duraturam sub hac forma, quod nos predicti Rodulphus dominus Novi Castri, Johannes prepositus, Richardus fratres et burgenses Novi Castri, jam dictis consulibus et communitati friburgensium in omnibus et singulis suis guerris et controversiis ex quacumque causa provenientius contra quascumque personas et specialiter contra nobiles viros Wilhelmum de Arberch et Johannem de Valangins et fratres eorum eorumque adjutores ex nunc et durante dicto quinquennio tenemur nostris sumptibus ad eorum requisitionem consilium et auxilium impertiri, exceptis duntaxat serenissimo principe R., Dei gratia romanorum rege et semper augusto, reverendis patribus lausannensi et basiliensi epis-

copis, et nobili viro domino Johanne de Chalun, domino de Arlay, quorum cum simus fideles, ipsos non debemus nec possumus pro aliquibus impugnare. Si autem contingat quod predicti consules et communitas friburgensium ad terram alicujus inimicorum suorum per nostros districtus habere vellent accessum, nos eis per predictos districtus aggressum et regressum et res venales ad victum ipsorum necessarias prout melius potuerimus procurare tenemur. Nos vero predicti consules et communitas friburgensium predictis domino Novi Castri, Johanni preposito et Richardo fratribus, et communitati burgensium dicti loci, in omnibus et singulis suis guerris et controversiis ex quacumque causa provenientius contra quascunque personas et specialiter contra nobiles viros Wilhelmum de Arberch et Johannem de Vaulamgins et fratres eorum et coadjutores, ex nunc et durante dicto quinquennio pari modo tenemur ad eorum requisitionem nostris sumptibus consilium et auxilium impertiri, exceptis duntaxat excellentissimo principe R., Dei gratia romanorum rege et semper augusto et domino nostro Friburgi et juratis nostris videlicet burgensibus bernensibus et de Aventica contra quos non debemus nec volumus aliquos adjuvare; per nostros autem districtus, predictis dominis Novi Castri et communitati burgensium dicti loci cum suis fautoribus, si terram alicujus inimicorum suorum per dictos districtus contingat aggredi, accessum et recessum sanum et liberum et res venales ad victum ipsorum tenemur fideliter procurare. Predictam autem confederationem, sicut supra est notata, tenemur et promittimus una pars alteri durante dicto quinquennio inviolabiliter observare nec ipsas conventiones possumus quidam nostrum invitis aliis durante dicto termino quacumque ex causa dissolvere seu contra ipsas aliquid attemptare. In quorum omnium testimonium nos predicti Rodolphus, Johannes prepositus et Richardus sigilla nostra videlicet prepositi et Richardi presentibus apposimus. Nos vero communitas burgensium Novi Castri quia sigillum non habemus, sigillum venerabilium virorum capituli dicti loci apponi rogavimus huic scripto. Et nos predictum capitulum ad instantiam predictorum burgensium sigillum nostrum litteris presentibus duximus apponendum. Nos autem consules et communitas burgensium de Friburgo sigillum communitatis nostre apposimus huic scripto. Datum sabbato post inventionem beati Stephani, anno Domini MCCXC.

(¹) 5 août.

CCLX.

Hugues dit Leschar, bourgeois de Pontarlier, vend à Jean Calle, bourgeois de Neuchâtel, sa vigne située dans le territoire de Serrières.

NOVEMBRE MCCXC.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. D^o, n^o 30.

NOVERINT universi presentes litteras inspecturi, quod ego Hugo dictus Leschar, burgensis de Pontallie, non vi, non dolo, nec metu inductus, sed sciens et spontaneus et in sana memoria constitutus, de laude tamen et consensu Stephanete uxoris mee et liberorum meorum, videlicet Lamberti, Johannis, Wullielmi et Johannete, vendidi et tradidi et concessi imperpetuum Johanni dicto Calle burgensi de Novo Castro vineam meam sitam in territorio de Sarreres juxta vineas domus sancti Spiritus de Novo Castro hinc et inde, pro triginta et septem libris bonorum lausannensium mihi ab eodem Johanne traditis et solutis in pecunia numerata, salvo tamen annuo censu duorum solidorum et sex denariorum lausannensium et duodecim denariorum viannensium super dictam vineam assignato quorum decem et octo denarii lausannenses domino Novi Castri annuatim debentur, duodecim vero denarii Petro dicto de Grancom burgensi de Novo Castro, necnon duodecim denarii viannenses preposito et capitulo ecclesie sancti Hymerii annis singulis sunt solvendi. Devestivi etiam me et meos de vinea supradicta et dictum Johannem et heredes suos de ipsa corporaliter investivi inducens in veram et meram possessionem vel quasi proprietatem ejusdem vinee totaliter transferens in eosdem, promisi si quidem per solempnem stipulationem fide etiam prestita corporali, quod contra venditionem hujusmodi non veniam nec venire alicui consentiam in futurum, sed ero eidem et suis heredibus in judicio et extra verens legitimus contra omnes, ad quam verentiam meos obligo successores. Arrenuncians in hac parte tam pro me quam pro meis heredibus exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non solute, necnon exceptioni minoris pretii, minoris etatis, doli in factum et restitutionis in integrum, et omnibus aliis exceptionibus juris canonici et civilis que mihi et meis heredibus possent prodesse et eidem Johanni et suis heredibus prejudicium generare; item juri dicenti generales renunciaciones penitus non valere nisi precesserint speciales. In cujus rei testimonium sigilla venerabilis viri Johannis prepositi ecclesie Novi Castri tutoris Rodulphi domini loci ejusdem et venerabilis capituli ejusdem loci presentibus litteris rogavi apponi. Et nos predicti Johannes et capitulum ad preces et requisitionem dicti Hugonis et liberorum suorum videlicet Lamberti, Johannis, Wulliermi et Johannete predictorum qui dictam venditionem laudaverunt per litteras sigillorum curati sancti Benedicti et curati sancti Stephani de Pontallie sigillatas, sigilla nostra presenti scripto duximus apponenda in testimonium premissorum. Datum et auctum anno Domini MCCXC, mense novembris.

CCLXI.

Ulrich, curé de Meyrie, déclare que depuis plus de quarante ans, l'abbé de Fontaine-André perçoit, à cause de son droit de patronage, la moitié des revenus de la cure de Meyrie.

NONES DE DÉCEMBRE MCCXC. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux arch. du Prince. O^s, n^o 14.

EGO Uldricus presbiter incuratus de Merye, notum facio universis presentibus et futuris, quod ego diligenti inquisitione super hoc facta, inveni certissime quod viri religiosi abbas et conventus fontis Andree, ratione juris patronatus quod eis in ecclesia de Merye pertinet, ab antiquo possederunt et prescripserunt pacifice per quadraginta annos et amplius inconcusse per se vel per suos nuncios in predicta ecclesia de Merye, temporibus predecessorum meorum ex longa consuetudine et antiqua constitutione, medietatem integraliter in omnibus decimis ejusdem ecclesie tam decimis bladorum quam decimis nascentium in terris ejusdem ecclesie, et pratis, terragiis, in censibus, redditibus, oblationibus, elemosinis, corvatis, tricenariis mortuorum, in messe et primitia, et in omnibus aliis obventionibus, eidem ecclesie vel curato ipsius intuitu ejusdem ecclesie undecunque provenientibus, exceptis quibusdam denariis minute visitationis. Nec solvere consueverunt dicti religiosi nec debent aliquid de collectis que eidem ecclesie vel curato ipsius a quocunque imponuntur. Si vero concessio terrarum ad ipsam ecclesiam pertinentium inveniatur faciendae, illa fieri debet de utriusque partis assensu. Hanc autem consuetudinem, institutionem et prescriptionem promitto fide data integraliter observare et per me vel per alium non contravenire dictis religiosis super hiis aliquatenus in futurum. In cujus rei testimonium tradidi eisdem religiosis presentem litteram sigillis domini prioris de Villario monachorum, domini Henrici curati de Mureto, domini Savarici curati de Fo, unacum sigillo meo, ad preces suas sigillatam. Datum anno Domini MCCXC, nonis mensis decembris.

(1) 5 décembre.

CCLXII.

Pierre, évêque de Bâle, fait alliance avec Othon, comte palatin de Bourgogne et seigneur de Salins. Ils promettent de s'entr'aider dans leurs guerres et désignent les châteaux de Montbéliard et de Neuchâtel comme devant être les points à partir desquels celle des deux parties qui requerra des troupes de l'autre, devra les entretenir à ses frais.

JEUDI APRÈS LA FÊTE DES SAINTS PHILIPPE ET JACQUES, EN MAI MCCXCI. ⁽¹⁾

Histoire de Poligny aux preuves, T. 1, p. 374, et Codex epistol. Rudolphi, 1, au diplomataire p. 251, n° 20.

Nos Petrus Dei gratia episcopus basiliensis Otho comes palatinus Burgundie dominus salinensis notum facimus... nos pensata et considerata utilitate nostra, terrarum, subditorumque nostrorum, intervenienteque jussu, autoritate et mandato serenissimi principis carissimi domini mei Radulphi Dei gratia romanorum regis semper augusti, confederationem inter nos fecimus.... in forma que sequitur, in hunc modum : videlicet quod nos predictus episcopus per tota tempora vite nostre promisimus... comiti a nobis solemniter stipulanti quandiu vixerit idem comes.... eundem comitem et suos contra omnes, et ab omni homine..... toto posse nostro et juvamine, eques et pedes, juvare et in suis factis et negotiis auxilium prebere et favorem; et terras et possessiones et jura defendere, et ipsum sequi pro suis negotiis promovendis cum magna vi et parva gentis nostre, usque ad decursum fluminis quod vulgariter appellatur Sona; ita tamen quod quotiescumque contigerit nos et gentes nostras ad requisitionem dicti comitis venire in ejus servitio ad partes Burgundie, idem comes nobis et nostris a castro Montisbligardi, et a castro Novi Castri lausannensis diocesis in antea postquam terram nostram exierimus, tenetur vice nostra vite necessaria in cibo et potu fideliter ministrare propriis suis sumptibus..... Nos Otho comes Burgundie dominum episcopum defendere et ipsum sequi pro suis negotiis promovendis usque ad fluvium Rhegni... idem episcopus nobis et nostris de castro Montisbligardi et de castro Novi Castri lausannensis diocesis tenetur vite nostre necessaria in cibo et potu competenti ministrare..... per hanc vero confederationem nos predictus episcopus non tenemur ipsum dominum juvare in aliquo contra dominum regem predictum, vel contra ejus liberos, vel contra dominum archiepiscopum bisuntinum, vel contra dominum episcopum argentinensem, vel contra religiosum abbatem mourbacensem, vel contra predictum dominum Joannem de Cabilone, vel contra dominum Theobaldum comitem phuretensem, nisi primo duo anni fuerint elapsi a tempore confectionis presentium.... Nos vero dictus comes non tenemur ipsum dominum episcopum in aliquo juvare

contra predictos nominatos, nec contra illustrissimum principem carissimum dominum nostrum Philippum regem francorum, vel contra nobiles viros Robertum ducem Burgundie et Johannem de Cabilone, comitem antissiodorensem.....
Datum et actum Mureto, die jovis post festum beatorum Philippi et Jacobi, anno Domini MCCXCI, primo mense de majo.

(¹) 1^{er} mai.

CCLXIII.

Hermann de Reconvilliers et Henri dit Malecotte et son fils, vendent à l'abbaye de Bellelai une vigne située dans la vallée de Nugerol, au lieu dit les Plantées, auprès de celle qu'elle possédait déjà non loin de la communauté des Jonchères.

SAINT HILAIRE MCCXCI. (¹)

Original sur parchemin aux arch. de Bienne. XXVII, 463.

NOTUM sit universis quod ego Hermannus de Reconvilier et ego Henricus dictus Malecotte filius ejus, et de consensu et plena voluntate Jeannete uxoris mee Henrici predicti et Jacobi filii nostri et omnium heredum nostrorum, vendidimus viris religiosi abbati et conventui Bellelagie pro quatuor libris et septem solidis bone monete usualis, de quibus totaliter persoluti sumus, vineam quamdam quam habebamus in valle de Nuerul sitam in loco qui dicitur Plantes apud vineam dictorum religiosorum de Bellelagia prope communitatem de Junchieres, pro vero allodio, solvendo tamen annuatim ecclesie sancti Germani de monasterio Grandisvallis quinque solidos censuales de anniversario olim super dicta vinea assignato, promittentes dictis religiosi et eorum successoribus pro nobis et nostris heredibus nomine suo ac ecclesie sue de venditione dicte vinee cum fundo ejus ac universis suis pertinentiis perhibere plenam et integram ubicunque necesse habuerint warandiam. In cujus rei testimonium nos Hermannus et Henricus prefati presentem litteram sigillis domini abbatis fontis Andree et domini P., curati sancti Blasii rogavimus sigillari. Nos vero abbas et curatus prefati Hermanni et H., predictorum precibus inclinati, sigilla nostra presentibus apposuimus in testimonium premissorum. Datum in festo beati Hylarii, anno Domini MCCXCI.

(¹) 15 janvier 1292.

CCLXIV.

Jean, prévôt et tuteur de Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, et Richard son frère, déclarent que comme Jean d'Estavayer dit Aumentas tenait en fief du dit seigneur et de ses prédécesseurs une vigne dite Angelet dans le territoire de Neuchâtel au quartier dit ès Lapiès, il l'avait rendue au dit seigneur, et qu'eux l'avaient remise à Pierre dit de Grandson, bourgeois de Neuchâtel.

DIMANCHE APRES LA FÊTE DE SAINT MARC MCCXCII. (1)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. Eⁿ, n° 7.

Nos Johannes prepositus Novi Castri tutor Rodulphi domini loci ejusdem et Richardus frater dicti prepositi, notum facimus universis quod cum Johannes de Estavaie dictus Aumentas teneret a predecessoribus nostris et a nobis quandam vineam dictam vineam Angelet in feodum, sitam in territorio Novi Castri in loco qui dicitur es Lapiès, juxta vineam Henemagri quondam filii Walteri psalterii ex una parte et vineam quemdam P., dicti Saunet, ex altera, quam vineam dictus Aumentas nobis reliquerit, nos considerata utilitate Rodulphi nepotis nostri predicti, dedimus et concessimus imperpetuum pro nobis et heredibus nostris predictam vineam Petro dicto de Grancon burgensi de Novo Castro et heredibus suis, de laude tamen et consensu predicti Rodulphi, videlicet pro duobus solidis bonorum lausannensium annuatim domino Novi Castri vel mandato suo in festo sancti Galli solvendis. Et promittimus bona fide pro nobis et heredibus nostris quod contra hujusmodi donationem seu concessionem non veniemus per nos vel per alium in futurum sed erimus ipsi Petro et heredibus suis super ipsa donatione et concessione imperpetuum werentes legitimi contra omnes. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum die dominico post festum sancti Marci evangeliste, anno Domini MCCXCII. Dedimus, inquam, dictam vineam pro dicto censu prout superius dictum est absque terragio. Datum anno Domini et die ut supra.

(1) 16 avril.

CCLXV.

Jacques, bourgeois de Neuchâtel, fils de feu Willermete dite mère, déclare que Renaud dit Gudier, bourgeois du dit lieu, qui devait posséder pendant sa vie tous les biens de feu Lucie sa femme, sœur de celle dudit Jacques, les lui ayant remis et abandonnés, il lui cède en propriété une vigne au reposoir, une autre dite de Pierre et une troisième derrière la ville.

LENDEMAIN DE SAINTE MARIE-MADELAINE MCCXCII. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. G^o, n^o 7.

EGO Jacobus filius quondam Wulliermete dicte matris, burgensis Novi Castri, notum facio universis quod cum Renaldus dictus Gudier burgensis dicti loci, omnia que tenebat et possidebat seu ad vitam suam possidere debebat ratione dotis et maritagii Lucie quondam uxoris sue sororis uxoris mee, mihi ad presens remiserit et quitavit, ego de laude et expresso consensu Mathiou uxoris mee et liberorum meorum videlicet Petri et Henrici, dicto Renaldo Gudier et heredibus suis pro dicta quitatione tradidi et concessi vineas meas inferius annotatas imperpetuum possidendas et habendas ad voluntatem suam omnimodo faciendam, libere, pacifice et quiete, salvo consensu inferius nominato: videlicet vineam meam dou Reposiour sitam juxta vineam Rembaldi burgensis Novi Castri, pro qua debentur annuatim ecclesie Novi Castri viginti et unus denarii lausannenses censuales, vigneam de Petro sitam juxta vineam Johannis de Corfrano ex una parte, et juxta vineam Johannis psalterii ex altera, pro qua debentur dicte ecclesie duo solidi viennenses censuales, et vineam meam sitam retro villam sub vinea quondam Ponceti de Grandissono burgensis Novi Castri, pro qua debentur dicte ecclesie quatuor denarii censuales monete predicte lausannensis; devestiens etiam me et meos heredes de dictis vineis cum suis appenditiis et dictos Renaldum et heredes suos corporaliter investiens de eisdem proprietatem rerum in eosdem totaliter transferendo, promittens fide mea corporaliter prestita in loco juramenti, quod contra dictam investituram seu presens instrumentum non veniam per me vel per alium in futurum, sed eidem Renaldo et heredibus suis pro me et heredibus meis ero de dictis vineis guerens legitimus in judicio et extra contra omnes. Et si quas litteras de dictis vineis habeo, volo et concedo ipsas contra dictum Renaldum et heredes suos omnibus viribus suis per presens instrumentum carere quibus arrenuntio in hac parte penitus et expresse. Abrenuncians in hoc facto exceptioni doli mali et in factum, minoris pretii, restitutioni in integrum, juri prohibenti generales renunciaciones nisi precesserint speciales et omnibus aliis exceptionibus juris canonici et civilis que mihi et heredibus meis possent competere in hoc facto et predicto Renaldo et heredibus suis prejudicium generare; et predicti liberi mei arrenunciaverunt exceptioni minoris etatis

et insuper dictum Renaldum et heredes suos, ego, uxor mea et liberi mei predicti, quitamus penitus et absolvimus ab omnibus actionibus, querelis, querimoniis et controversiis que nobis et heredibus nostris contra dictum Renaldum et heredes suos possent ratione dicte dotis exoriri. In cujus rei testimonium, sigillum nobilis ac venerabilis viri domini Johannis prepositi ecclesie Novi Castri curatoris Rodulphi domini dicti loci presentibus litteris duximus apponendum. Hiis autem conventionibus fuerunt testes vocati et rogati Perrotus de Grandissono, Stephanus filius mercatoris et Bertholdus Glacon burgenses Novi Castri et plures alii fide digni. Datum anno Domini MCCXCII, in crastino beate Marie Magdalene.

(¹) 23 juillet.

CCLXVI.

Le prieur, la prieure et le couvent de Sauvement déclarent que comme Jean, prévôt de Neuchâtel et curateur de Rodolphe, seigneur du dit lieu, et Jordane sa mère, avaient assigné à ce couvent la somme de douze livres estevenantes à percevoir annuellement sur leur péage du Vauxtravers pour la pension d'Agnès, sœur du dit Rodolphe, reçue dans ce couvent comme religieuse, ils promettent à ces nobles seigneurs que lorsque la dite Agnès serait décédée, ils renonceraient à cette pension.

JEUDI APRÈS L'OCTAVE DE SAINT MICHEL MCCXCII. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. K⁷, n° 26.

Nos prior, priorissa totusque conventus monialium de Salvamento ordinis..... (²) notum facimus universis quod cum nobiles viri Johannes prepositus ecclesie Novi Castri, lausannensis diocesis, curator Rodulphi domini ejusdem loci, et Jordana domina predicti Novi Castri Rodolphusque supradictus nobis assignaverint duodecem libras stephannenses censuales super pedagium suum de valle transversa in festo omnium sanctorum annuatim persolvendas, pro Agnete sorore predicti Rodulphi quam in sororem et monialem recepimus, nos predictis nobilibus promittimus fide nostra quod quamcito predicta Agnes viam universe carnis ingressa fuerit, dictas duodecem libras ultra non recipiemus nec amplius repetemus, quia sic fuerunt nobis assignate; sed volumus et concedimus quod dicte duodecem libre post obitum predictae Agnetis ad dictos nobiles et heredes suos libere revertantur. In cujus rei testimonium nos predicti prior et priorissa sigilla nostra quibus convenienter utimur presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini MCCXCII, die jovis post octavam beati Michaelis.

(¹) 9 octobre.

(²) Enlevé.

CCLXVII.

Guillaume, seigneur d'Arberg, tant en son nom qu'en celui de ses aidants, à l'exception de ses frères Jean, Thierrri et Ulrich d'Arberg, et de Rodolphe, autrefois châtelain d'Arconciel et leurs aidants, accorde, à dater des présentes, une trêve de quinze jours en faveur de la communauté de Fribourg et des frères Nicolas et Guillaume d'Englisberg et leurs aidants.

LE JOUR DES RAMEAUX MCCXCH. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux archives cantonales de Fribourg.

EGO Wilhelmus dominus de Arberg domicellus notum facio universis quod ego de me et meis coadjutoribus universis et singulis ac omnibus aliis quos adducere potero, bona fide et pro toto posse meo, preterquam de Johanne, Thyeterico et Ulrico de Arberg fratribus meis et Rodulpho quondam castellano de Arconcy et coadjutoribus eorundem, sculteto, consulibus et communitati friburgensium, Nicholao et Wilhelmo de Enguilspere fratribus, et omnibus ac singulis coadjutoribus dictorum friburgensium et fratrum de Enguilspere predictorum ac rebus universis et singulis eorundem, a data presentium litterarum usque ad festum beati Michaelis arcangeli proxime afuturum, dono et confero bonas treugas atque firmas ad quindecim dies contramandamenti, quod contramandamentum facere non debeo nisi per meas patentes litteras sigillo meo proprio sigillatas. Promittens ego dictus Wilhelmus de Arberg dictas treugas sine omni violentia et corruptione aliqua bona fide tenere et firmiter observare durante earundem treugarum termino supradicto. In hujus rei testimonium ego dictus Wilhelmus de Arberg sigillum meum apposui huic scripto et ad majorem firmitatem presentibus apponi feci ad preces meas sigillum viri nobilis domini Henrici comitis de Boyka. Et ego dictus comes de Boyka sigillum meum proprium ad preces domini Wilhelmi de Arberg duxi litteris presentibus apponendum in testimonium premissorum. Datum anno Domini MCCXCH, die ramorum palmarum.

⁽¹⁾ 50 mars 1295.

CCLXVIII.

Jean d'Arberg, sire de Valangin, Ulrich et Thierris ses frères, d'une part, et l'avoyer et conseil de Fribourg, d'autre part, disent que des différends s'étant élevés entre eux, la paix a été moyennée par Guillaume, évêque de Lausanne, et par Jean de Châlon, aux conditions rapportées dans l'acte.

LE JOUR DE LA SAINT-GEORGE MCCXIII. (1)

Archives cantonales de Fribourg. Traités et contrats, n° 142.

Nos Jehans d'Arberg, sire de Valangins, Houdrious et Thierris, freres, et nos li advoier, li conseil et la communate de Friborc en Estellande, facons savoir a tout ceux qui verront ces presentes lettres, que cum descors fust entre nos sus mult de quereles et de descordes que nos avons entre nos li uns a lautre per achaison des quex descordes guerre estoit entre nos, en la fim la dicte guerre a este accordee et apaisee per honorable pere en Jesu Christ, Guillaume, per la grace de Dieu, evesque de Losane, et per noble baron monseigneur Jehan de Chalon, seigneur d'Arlay, en la forme qui sensuit. Cest assavoir que nos li dits Jehans, Houdrious et Thierris freres havons quite et quitons a dit advoier, conseil et communate de Friborc totes les actions, quereles et chalonges que nos havions ou poions avoir contre les dit advoier, conseil et communate de Friborc tant que a jor que ces lettres furent faites et lour havons rendu lour choses que nos tenions, cest assavoir Nicholet de Raferswile que nos tenions pris, lui et ses choses, et des autres choses quil disoient que nos havions pris dou lour en treve et fuer de treve sus chemin. Nos havons promis et prometons per nostre seirement done que nos lour rendrons et restorerons a la volonte a dit et a devisement dou devant dit noble baron monseigneur Jehan de Chalon seigneur d'Arlay, exceptez les feux mis, item des tros-sieux et autres choses qui estoient es borjois de Friborc que nos havions pris, que li prevost de Nueschastel nos havoient rescoux, nos en quitons le devant dit prevost et ses gens; item de ce que je li dit Jehans pris a chemin sus le conduit monseigneur Loys de Savoie de ce que je en hai mespris vers lui, jai promis que je a devant dit monseigneur Loys linjure amenderai et vers lui men contiendrai a dit a la volonte et a lesgard monseigneur Jehan de Chalon seigneur d'Arlay dessus nomme. Et havons promis et prometons per nostre seirement donne sus saint evangile, que nos es dit advoier, conseil et communate de Friborc, pais, amour et amistie tenrons a lour et est mis en covent avec les autres choses que nos por nos ne por autrui ne poons ne devons avoir guerre contre lour ne lour tenir domaige et ne farons ne porchacerons que autres lour tiegne domaiges por raison des quereles que nos havions a lour tant que a jor que ces lettres furent faites. Se ensi non estoit

que Guillaume nostre frere haust guerre contre lour a cui nos poons aider sans mesprendre de nostre cors et de nostre gents lai soulement ou li cors dou dit Guillaume seroit. Et se ensi est quil face pais nos sumes en la pais, et sil ha treve nos sumes en la treve, et tote voie nos les devons deffier aincas que nos lour tenons domaige avec nostre frere Guillaume, et en nostre nom ne per nos ne lour poons ne devons meffaire por raison des dictes quereles. Et ces choses desus dictes nos havons promis per nostre seirement done sus saint evangile et sus loblagement de tot nos biens tenir por nos et pour tout nos aidant. Et por plus grande seurete de ces choses tenir et garder nos havons mis en plaige en la main des dit advoier, conseil et communate de Friborc, le noble baron monseignour Jehan de Chalon seignour dArlay. Et nos li dit Jehans de Chalon, sires dArlay, a la requeste des dit Jehan dArberg, Houdrious et Thierris, freres, nos sumes establis plages en la main des dit advoier, conseil et communate de Friborc de tenir et garder des dit freres les choses desus dites, prométant a lour loiamet et en bonne foy que se por ce que li dits Jehans sui freres et leurs aidants ne hauroient tenues la dicte pais lour venoit maux ne domaiges, nos les domaiges lour amenderons et les en croirons per lour seirement sans autre preuve. Et nos li dicts advoiers, conseils et communate de Friborc havons promis per nostre seirement done, nos li dits advoiers et conseils por nos et ou nom de la dicte communate tenir la dicte pais et amistie a dit Jehans et a ses freres Houdrious et Thierris desus dits sans venir encontre per nos ne per autrui et que nos ne farons chose per quoi la dicte pais soit corumpue en len avant. Et nos les dictes parties avons promis per nos seirement done et per stipulation solempnes li uns a lautre tenir et garder ces convenances desus dictes sans venir encontre per nos ne per autrui. Et por garder les dictes convenances, nos nos sumes sosmis a la jurisdiction de honorable pere en Jesu-Christ, Guillaume, per la grace de Dieu, evesque de Losanne, que il nos contreigne a garder les per sentence descomensement en nostres personnes et dentredit en nostres terres. En tesmoignage de laquel chose nos li dits Jehans dArberg, sires de Vallangins, li advoier, conseils et communate de Friborc havons mis nostre sceaux en ces presentes lettres et havons requis nos li dits Jehans, Houdrious et Thierris freres li advoier, conseil et communate de Friborc le devant dit honorable pere en Jesu-Christ, Guillaume, per la grace de Dieu, evesque de Losane, et le noble baron monseignour Jehan de Chalon, seignour dArlay, desus nommes, quil mettent lour seaux en ces lettres. Et nos li dit Guillaume, per la grace de Dieu, evesque de Losanne, et Jehan de Chalon, sire dArlay, a la requeste des dits Jehans, Houdrious et Thierris freres, le advoier, conseil et communate de Friborc, havons mis nostres seaux pendant en ces presentes lettres avec le seal dou dict Jehans et le seal des dit avoier, conseil et communate de Friborc en tesmoignaige. Faites et dones ou mois davril, le jor de la feste saint George. Lan nostre Seignour mil dous cent nonante et trois.

(¹) 23 avril.

CCLXIX.

Rollin, seigneur de Neuchâtel, du consentement de Jean, son tuteur, et de la volonté et conseil formels de Richard, tous deux ses oncles, donne à Jacques, fils de feu Conrad de Belmont, bourgeois d'Yverdon, pour lui et ses héritiers, un fonds de terre que tenaient auparavant dudit seigneur, Rodolphe, domzel de Cudrefin, Rodolphe fils de Ramel, et Ulrich Contilo.

DIMANCHE AVANT PENTECOTE EN MAI MCCXCHII. (1)

Copie vidimée sur parchemin aux archives du Prince. T⁴⁵, n° 21.

NOVERINT universi presentes litteras inspecturi, quod ego Rolinus dominus Novi Castri, sciens, prudens et spontaneus, non deceptus, non coactus vi, dolo vel metu, de laude et expressa voluntate Johannis avunculi et tutoris mei, prepositi Novi Castri, etiam de laude, voluntate et expresso consilio Richardi avunculi mei, dedi et do, concessi et concedo pure et sine fraude, in perpetuum et irrevocabiliter pro me et meis heredibus, Jacobo filio dicti Cononis de Bello monte, burgensis yverdunensis, et heredibus suis quemdam fundum quem tenebant a me Rodulphus domicellus de Cudrefin, Rodulphus filius Ramel, Uldricus Contilo; et quicquid emendo acquirere poterit dictus Jacobus de fundis, laudamus eidem in augmentatione fundi terre de Charme quam tenet a me dictus Jacobus cum universis serviciis, usagiis et appendiciis dicti fundi vel dictorum fundorum, quocumque sint vel reperiri possint, seu quocumque vocabulo censeantur, in terris, pratis, pasuis, censibus, decimis, terragiis, nemoribus, arboribus, aquis, lapidibus, aquarum cursibus et rebus aliis universis. Devestiens me conjunctim et divisim fundo seu de dictis fundis cum ipsius seu ipsorum appendiciis universis et singulis dictum Jacobum et ejus heredes ipso presente et recipiente per unum concedo de eodem seu de eisdem animo in ipsum jus et dominium transferendi ob causam dicte venditionis, percipiens et injungens conjunctim et divisim dictum fundum seu dictos fundos tam presentibus quam futuris, ut dicto Jacobo et heredibus suis in perpetuum de dicto fundo seu de dictis appendiciis respondeant tamquam mihi et predecessoribus meis respondere consueverant et melius ad suam voluntatem nullo alio mandato a nobis Inhibentes eisdem et universis aliis presentibus et futuris qui aliquid tenent de dicto fundo vel tenebunt, ne contra dictum Jacobum et heredes suos aliquid eidem contra predicta obesse possent in futurum. Promittens tactis sacrosanctis Dei evangeliiis me contra predicta et presens instrumentum non venire in futurum nec consentire immo in judicio et extra promitto dictum fundum seu dictos fundos cum eorum appenditiis dicto Jacobo et heredibus suis guerentire contra omnes

..... facte omni juri canonico et civili, juri dicenti generalem renunciationem non valere, juri subvenienti deceptis et non decipientibus, minoris etatis.....
 omnibus aliis exceptionibus per quas possem contra predicta venire vel aliquid de predictis. In cujus rei testimonium, quia sigillum non habeo, hanc presentem litteram..... sigillari sigillo Johannis prepositi tutoris et avunculi mei una cum sigillo predicti Richardi, avunculi mei, et nos predicti Johannes et Richardus..... predicta laudamus et ratificamus. Datum anno Domini MCCXCIII, dominica ante Penthecosten, mense maji.

(¹) 23 avril.

CCLXX.

Girard, fils de feu Etienne, d'Auvernier, et Alexie sa femme, déclarent avoir acensé à messire Guillaume, curé de Neuchâtel, une portion de leur champ de Longeaigue dans le territoire d'Auvernier, sous le pressoir du dit curé, partie située du côté de l'orient entre le chemin public qui conduit de Colombier à Corcelles, et le chemin qui traverse le dit champ et conduit d'Auvernier à la forêt.

SEPTEMBRE MCCXCIII.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. G⁴⁰, n° 19.

Nos Girardus filius quondam Stephani de Avarnier et Alexia ejus uxor notum facimus universis quod nos diligenti deliberatione animi prehabita, quandam partem campi nostri dicti de Longeigue siti in territorio de Avarnier sub torculare domini Wulliermi curati Novi Castri, que dicta pars sita est a parte orientali inter vicum publicum qui ducit a Columbier ad Corcelles et stratam publicam que ducit per medium ipsum campum ab Avernier ad nemus, de laude et consensu religiosi viri prioris insule medii lacus, a quo dictus campus movere dignoscitur, predicto domino Wullielmo curato Novi Castri et suis heredibus assignatis et assignandis in perpetuum concessimus et ad censavimus pro duobus denariis lausannensibus nobis in festo beati Galli annuatim persolvendis; et confitemur nos recepisse a predicto domino Wullielmo nomine intragii dicte partis campi duodecem solidos bonorum lausannensium in bona pecunia numerata; unde renunciamus in hac parte exceptioni non numerate, nec tradite pecunie, doli mali et in factum, et ipsum dominum Wullielmum de dicta parte campi posuimus in investituram corporalem et ipsam eidem promittimus bona fide legitime guerentire contra omnes. In cujus rei testimonium sigillum predicti domini prioris presentibus litteris rogavimus apponi, et nos prefatus prior predictam concessionem laudamus, approbamus, ratificamus, auctorizamus et confirmamus, et sigillum nostrum ad preces dictorum Girardi et Alexie ejus uxoris presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini MCCXCIII, mense septembri.

CCLXXI.

Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, de l'autorité de Jean, son oncle et son curateur, d'une part, et Jean d'Arberg, co-seigneur de Valangin, tant en son nom qu'en celui de son frère Thierrri, d'autre part, font choix d'arbitres qui prononcent sur quelques différends élevés entre les parties au sujet de plusieurs hommes de Valangin qui étaient venus s'établir à Neuchâtel, et de la gagère consistant dans les hommes royés qui devaient siéger au plaid général de cette ville, au mois de mai.

JANVIER MCCXCIV.

Original sur parchemin aux archives du Prince. J^s, n^o 10.

Nos Rodulphus dominus Novi Castri et Johannes de Harber condominium de Valengins, notum facimus universis quod cum discordia verteretur inter nos super quibusdam querelis et actionibus quas alter nostrum contra alterum habebat et intendebat se habere, tandem ego dictus Rodulphus, auctoritate domini Johannis avonculi et curatoris mei interveniente, et ego predictus Johannes de Harberc pro me et Thetrico fratre meo, compromisimus in arbitros arbitratores seu amicabiles compositores, scilicet ego dictus Rodulphus in Jacobum de Vaus merchue domicellum et in Johannem monetarium burgensem de Novo Castro, et ego predictus Johannes de Harberc condominium de Valengins pro me et Thetrico fratre meo, in dominum Symonem de Cortalari militem, et in Vomardum de Chesas burgensem Ville Nove de valle Rodulli, et promisimus hinc inde, juramento super sancta Dei evangelia corporaliter prestito, nos firmiter tenere et inviolabiliter observare quicquid dicti arbitri arbitratores seu amicabiles compositores unanimiter, jure, pace vel concordia ducerent ordinandum. Et si forte in aliquibus articulis deficerent concordandis, super ipsis jus haberent potestatem dicendi secundum quod eis aut alteri ipsorum videretur expedire. Qui arbitri arbitratores seu amicabiles prenominati compositores dictum arbitrium in se suscipientes voluntarie juraverunt unusquisque ad intentionem suam et secundum conscientiam suam fideliter nos ad concordiam revocare aut jus dicere singillatim de universis et singulis questionibus, controversiis, actionibus et querelis que vertebantur inter nos, scilicet de qualibet ipsarum questionum per se secundum intentionem ipsorum et cujuslibet alterius eorumdem. Et si forte dicti arbitri in jure dicendo variarent, tenentur vocare aliquem virum discretum et honestum concorditer qui de variatione, si quam in jure dicendo facerent, eos ad concordiam revocaret aut jus de eorum discordia diceret, cui juri per juramenta nostra stare debemus. Qui arbitri arbitratores seu amicabiles compositores concorditer ordinaverunt, quod ego predictus Rodulphus pro quibusdam hominibus quos idem Johannes de Harber dicebat fuisse de hominibus domini de Valengins, et venisse apud Novum Castrum, debeo dictis Johanni et Thetrico assi-

gnare ac assettare viginti octo solidos lausannenses annuatim censuales, et solvere eisdem viginti quinque libras albe monete pro gageria quam tenebant a predecessoribus meis de illis qui dicuntur Reye de Valle Rodulli, qui sedere debent placitum generale de Novo Castro annuatim in maio. Ego autem predictus Johannes de Harberc condominus de Valangins, pro me et Thetrico fratre meo, quittavi predicto Rodulpho homines supradictos pro viginti octo solidis supradictis michi censualiter assignandis; et volo atque concedo, quod predicti homines qui Reye dicuntur de valle Rodulli, predictum placitum generale de Novo Castro, a die hodierna in antea, annuatim, prout moris est sequi, sequantur placitum predictum. Item dixerunt dicti arbitri arbitratores seu amicabile compositores quod ego predictus Johannes de Harberc condominus de Valangins, per predictum Rodulphum dominum Novi Castri debeo integraliter investire priorem vallis transverse de universis et singulis petitionibus et actionibus suis et specialiter de fratribus dictis de la Grange et rebus eorundem. Et idem prior michi predicto Johanni debet facere jus de petitionibus meis si quas contra ipsum habeo et justicie complementum, ubi debebit de hominibus supradictis scilicet de fratribus de la Grange. Item dixerunt quod ego predictus Johannes debeo restituere ac reddere cujusdam jumenti valorem capti apud Woins in grangia Jacobi de Vaus Merchue memorati, et emendare quoddam capucium de bladio, captum in capite Johannis filii quondam Cononis de foro per quendam garcionem qui mecum pergebat, et facere cuidam servienti de Nyrue fratri Berche de Ville in tantum quod ipse teneat se pro pagato et quod sibi sit satisfactum super hoc quod Welte quondam gartio meus ipsum de ense in capite vulneravit aut quod pro pagato tenere se debeat. De aliis vero questionibus et petitionibus quas alter nostrum habet contra alterum videlicet ego predictus Rodulphus contra predictum Johannem aut ego Johannes contra predictum Rodulphum, quotienscumque alteri nostrum placuerit movere questionem contra alterum de aliqua petitione seu actione insimul aut singillatim movere poterit et vindicare coram predictis arbitris arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus, et ipsi tenebuntur per eorum juramenta nos ad concordiam revocare si possunt aut de ipsis petitionibus que in medium proferentur et agitabuntur que hactenus coram ipsis facte fuerunt et proposita jus dicere conjunctim vel divisim, insimul aut singillatim per se secundum propriam virtutem quod sibi jus viderit. Et si dicti arbitri non concordarent in jure suo dicendo, aliquem virum venerabilem et discretum vocare qui de eorum discordia jus proferat possunt, et nos ipsi juri per nostra juramenta stare debemus. Et hec omnia supradicta universa et singula nos predicti Rodulphus et Johannes de novo ratificamus, confirmamus et auctorizamus, et per nostra juramenta promittimus fideliter, firmiter et inviolabiliter tenere et adimplere, facere et complere. In cujus rei testimonium sigilla nostra pro nobis et pro dictis arbitris et ad eorum requisitionem litteris presentibus duximus apponenda ad confirmationem rei geste. Et nos predicti arbitri arbitratores seu amicabile compositores pro nobis, sigillum religiosi viri abbatis fontis Andree presentibus litteris rogavimus apponi cum sigillis dominorum predictorum. Et nos predictus abbas fontis Andree sigillum nostrum ad preces et requisitionem predictorum Jacobi de Vaus Merchue, Johannis monetarii, domini Symonis et Vomardi, presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini MCCXCIV, mense januarii.

CCLXXII.

Rollin, seigneur de Neuchâtel, déclare avoir acensé à Jean de Vaux-travers, domzel, fils de feu messire Guidon du dit lieu, chevalier, le four situé dans sa ville de Môtiers avec tous ses droits et revenus.

MARS MCCXCIV. (1)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. F¹⁰, n° 19.

EGO Rolinus dominus Novi Castri notum facimus universis quod nos scienter et sponte ad censum perpetuum dedimus et damus Johanni de valle transversa domicello, filio quondam domini Guidonis militis et suis heredibus, panarium nostrum cum exitibus situm in villa nostra de Mostier, in valle transversa, pro dimidio modio frumenti ad mensuram dicti loci, nobis aut mandato nostro, singulis annis persolvendis a dicto Johanne et heredibus suis in festo beati Galli, promittentes bona fide dictum panarium cum exitibus dicto Johanni et heredibus suis manutene-
re et guerentire imperpetuum pro dicto censu contra omnes, investientes predictum Johannem corporaliter de eodem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum et sigilla domini Walcheri curati de Vautravers rogavimus et fecimus apponi huic scripto. Et nos dictus curatus ad preces dicti Rolini sigillum meum presentibus duximus apponendum, in testimonium veritatis. Datum anno Domini MCCXCIV, mense martii.

(1) 1295.

CCLXXIII.

Jean dit Monnayeur, bourgeois de Neuchâtel, vend au chapitre de ce lieu le tenement qu'il avait de ses prédécesseurs à Coffrane et dans son territoire.

AOUT MCCXCV.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. J⁹, n° 10.

EGO Johannes dictus monetarius, burgensis de Novo Castro, notum facio universis, quod ego de laude et consensu Agnelete uxoris mee, Margarete, Willermete et Colete, filiarum mearum, vendo et titulo pure venditionis trado pro me et meis heredibus venerabili capitulo ecclesie Novi Castri lausannensis diocesis imperpetuum tenendum, possidendum et habendum, per se aut per alium, totum tenementum quod ego et predecessores mei habebamus seu habere poteramus, de jure, facto, consuetudine aut

investitura, in villa et territorio de Corfragne, in terris, campis, pratis, casalibus, ochiis, nemoribus, censibus et rebus aliis, universis et singulis, ubicunque sint et quocumque nomine seu quocumque vocabulo censeantur; quod idem tenementum actenus tenebat a me et predecessoribus meis quondam Walterus de Corfragne faber, sub annuo censu decem solidorum monete lausannensis in festo beati Andree apostoli annis singulis solvendorum. De quo tenemento et de censu supradicto, cum omni jure, querela et actione quod et quam habeo seu habere possum aut debeo, devestio me vel quasi, dictum capitulum corporaliter vel quasi investiendo animo in ipsum dominium totaliter transferendi, pro octo libris lausannensibus mihi a domino Parisio canonico Novi Castri nomine dicti capituli jam datis et solutis in bona pecunia numerata. Unde renuncio exceptioni non numerate, non recepte et non solute pecunie, minoris pretii, beneficii restitutionis in integrum, juri dicenti deceptis et non decipientibus debere subveniri; et ego predicta Agneleta renunciavi privilegio dotis seu donationis propter nuptias, juri Velleiano, juri ypothecarum pro dote; et nos predictae Margareta, Willermeta et Coleta, filie ipsius Johannis, renunciamus exceptioni minoris etatis; et insuper nos supradicti Johannes, Agneleta, Margareta, Willermeta et Coleta renunciamus in hac parte omnibus gratiis et privilegiis impetratis et impetrandis, omni consuetudini et usui terre, omni juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis et omnibus aliis exceptionibus et rationibus juris et facti que nobis aut alteri nostrum possent prodesse et dicto capitulo obesse in futurum. Et promittimus fide data nomine juramenti quod contra predictam venditionem aut contra investituram seu contra aliquem de predictis non veniemus per nos aut per alium sed nos et heredes nostri ipsi capitulo de rebus supradictis et de omni jure quod habebamus in eisdem feremus guerentiam imperpetuum contra omnes. In cujus rei testimonium sigillum religiosi viri abbatis fontis Andree una cum sigillo illustris viri Rodulphi domini Novi Castri litteris presentibus rogavimus apponi. Et nos predicti abbas fontis Andree et Rodolphus dominus Novi Castri sigilla nostra ad preces et requisitionem predictorum Johannis, Agnelete, Margarete, Willermete et Colete litteris presentibus duximus apponenda in robur et testimonium omnium premissorum. Datum anno Domini MCCXCV, mense augusti.

CCLXXIV.

Sentence d'arbitres sur un différend qui s'était élevé entre les bourgeois de Neuchâtel, d'une part, et les bourgeois de Bienne, d'autre part, au sujet de certains gages qu'Ulrich Gormont, bourgeois de Neuchâtel, avait levés sur ceux de Soleure, devant Bienne.

VEILLE DE L'EXALTATION DE SAINTE CROIX MCCXCV. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. T^u, n^o 27.

NOVERINT universi quod cum discordia verteretur inter burgenses de Novo Castro ex una parte, et burgenses de Bielle ex altera, super quamdam pignorationem quam Uldricus Gormont de Novo Castro fecit super illos de Solodoro ante Biellum in die fori dicti loci pro quadam spoliatione sibi facta, de qua calumpniabantur burgenses de Solodoro qui se super hoc excusabant, tandem de consensu dictarum partium et de consilio virorum discretorum compromissum fuit a dictis partibus super dicta discordia sedanda in nobiles viros et discretos, videlicet in dominum Heinricum de Wildenstein villicum de Bielle et dominum Uldricum Divitis scultetum de Solodoro, milites, quod compromissum in se recipientes taliter pro bono pacis concorditer et amicabiliter inter utramque partem ordinauerunt, videlicet quod dictus Ulricus Gormont quandocunque requisitus fuerit a dictis burgensibus de Bielle tenetur infra octo dies post requisitionem eorum se in villa de Bielle cum quinque lanceariis et quatuor balistariis presentare ibidem per quindenam in ipsorum adjutorio suis sump-
tibus commorando, quam quindenam cum secundum formam prescriptam expleverit, ab impetitione eorum est penitus absolutus super causam supradictam; hoc etiam addito, quod dicti burgenses de Bielle dictos burgenses de Novo Castro et omnes alios ad dominium Novi Castri pertinentes in sua protectione, custodia et securitate recipiant diligenter bona fide, quod quidem domini Novi Castri cum ipsorum burgensibus dictis burgensibus de Bielle et suis hominibus fecerint e converso, dicta protectione et securitate hinc et inde facta usque ad proximum festum beati Martini hyemalis et exinde in biennium continuum perdurante; hoc excepto, quod si dominus episcopus basiliensis cum dictis dominis Novi Castri vel ipsorum burgensibus guerram movere intenderet, dictam securitatem dedicere potest quandocunque sibi placuerit, que deducta durabit adhuc in suo robore per quindenam subsequentem, et dicti domini Novi Castri possint facere illud idem. Nos vero villicus, consules et communitas memorate urbis Bielle promittimus bona fide dictas conventiones inviolabiliter observare. In quarum conventionum testimonium et roboris firmitatem sigillum nostrum communitatis duximus presentibus litteris appendendum. Datum anno Domini MCCXCV, vigilia exaltationis sancte crucis; ad majorem quoque cautelam

ego villicus miles predictus sigillum proprium ad petitionem dictorum burgensium de Bielle una cum sigillo ipsorum duxi presentibus appendendum. Datum ut supra.

(¹) 15 septembre.

CCLXXV.

Jacques dit Sergeans, de Cormondrêche, avec Henri et Richard ses enfans, abandonnent à Richard, prieur du Vauxtravers, les droits qu'ils pouvaient avoir sur une vigne située sous Cormondrêche, entre deux vignes appartenant à Rodolphe du dit lieu, domzel.

VEILLE DE LA TOUSSAINT MCCXCV. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. Q^e, n^o 18.

Nos Jacobus dictus Sergeanz de Cormondresche, Henricus et Richardus liberi dicti Jacobi, notum facimus universis quod nos pro nobis et heredibus nostris in perpetuum quittavimus et quittamus ac solvimus religioso viro domino Girardo priori de valle transversa pro se et successoribus suis in ipso prioratu vallis transverse, omne jus, omnem querelam, omnem actionem et omnem possessionem quod et quas habemus seu habere possumus aut debemus in vinea quam nunc dictus prior tenet, que est sita sub villa de Cormondresche inter duas vineas Rodulphi de Cormondresche domicelli, juxta vineam sancti Wulliermi ex una parte, et stratam publicam ex altera, pro justo pretio nobis a dicto priore jam dato et soluto ob hanc quitationem in bona pecunia numerata. Devestientes nos et heredes nostros de omni jure, querela, actione et possessione quod et quas jure, facto vel consuetudine, seu ex quacunque causa habemus seu habere possumus aut debemus in dicta vinea, dictum dominum Girardum priorem pro se et successoribus suis in ipso prioratu corporaliter investimus de eisdem pro justo pretio nobis soluto. Arrenunciantes exceptioni dicti pretii non habiti, non traditi et non soluti, doli mali et in factum, et omni juris et legum auxilio quod nobis posset in hoc facto prodesse et dicto priori sive successoribus suis in futurum obesse, promittentes fide data nomine juramenti quod contra hujusmodi quitationem seu investituram aut contra presentem litteram non veniemus per nos aut per alium in futurum. In cujus rei testimonium sigillum venerabilis capituli ecclesie Novi Castri a quo dicta vinea moveri dignoscitur litteris presentibus rogavimus apponi. Nos autem prefatum capitulum ad preces dictorum Jacobi, Henrici et Richardi, sigillum nostrum litteris presentibus duximus apponendum in testimonium omnium premissorum. Datum anno Domini MCCXCV, in vigilia omnium sanctorum.

(¹) 31 octobre.

CCLXXVI.

Jean et Thierry d'Arberg, frères, déclarent qu'afin de mieux se défendre, eux, leurs gens et leurs biens, ils ont donné en franc-alleu leur forteresse appelée Neuve Ville, située au Val-de-Ruz, à Pierre évêque de Bâle, leur seigneur, qui la leur a ensuite inféodée et auquel ils en ont fait hommage.

VEILLE DE SAINTE LUCIE MCCXCV. ⁽¹⁾

Copie vidimée aux archives du Prince. L^s, n^o 49. Extrait en allemand. T¹⁰, n^o 2.

Nous Jehans et Thirris d'Arberg, freres, seignours de Valangins, faicons savoir a touz ceux qui liront ces lettres ou les orront lire, que nous par bone sanctey de corps et par bon conseil, pour ce que nous, nous gens et nous biens a touz jour mais puissienz muez deffandre, guerder et maintenir, avonz doney nostre fourterasce que giet ou Val de Ruey, que lon apaile la Nueve Ville, ansamble touz les biens et droitures et toutes appartenances ensi comme les fosseiz lont enclose, a nostre chier seignours monseignour Pierre, par la grace de Dieu, evesque de Basle et a lesglise de Basle, pour franc alleuf, et prometons par ces lettres que nous des diz biens serons touz jours guarranz et que nous la dicte donatiom tandronz et que jamais ne ferons par que la dicte donatiom puisse estre marrye ou empachye; nous recoignissons ausi en ces lettres que nous la devant dite fourterasce et les biens ansamble les gens, havons repris dou dessus dit nostre seignour Pierre evesques de Basle en nom de droit fye, et li avonz fait obedyance et serement ensi com nous devienz par droit de nostre fye, nous li devant diz messire Pierres, par la grace de Dieu evesque de Basle, recoignissons toutes les choses devant escriptes et pour ce que toutes ces chosses se toingnent perpetuellement est ceste lettre saielee de nous saielz, conte Rodolf de Nydoye, Willame de Arberg et dou devant dit Jehan d'Arberg, pour luy et pour Thirry som frere, et fut ce fait en la ville de Biesne, la voille de la sainte Lucye lan de grace nostre Seignour corrant mil dos cens nonante et cinq ans, ou il estoient present messire Bourquier prevost de Sanct Ymier, mastre Nycholaus de Malers, messire Jehans de Raperg, messire Henris de Wilstein, messire Hereman et messire Ulry de Biesne, freres, et messire Symont de Courtalery, chevaliers.

⁽¹⁾ 12 décembre.

CCLXXVII.

**Le comte Rollin défait l'armée de l'évêque de Bâle
dans les plaines de Coffrane.**LE DERNIER JOUR DE FÉVRIER MCCXCV. ⁽¹⁾*Copie vidimée du missel du grand autel de la collégiale de Neuchâtel, aux archives du Prince. A n° 6. ⁽²⁾*

ANNO Domini MCCXCV, die ultima mensis februarii, in campis de Cofranes, Rodolphus comes et dominus Novi Castri cum gente sua de Novo Castro totum debellavit gentes episcopi basiliensis, de Saligaudia, de sancto Ursisino et de Delemont, et gentes de valle Roduli. Ibi captivati fuerunt duo fratres Johannes et Tetricus condomini de Vaulengin et plures alii et multi ocasi.

⁽¹⁾ 28 février 1296.⁽²⁾ Cette note se trouve aussi dans le *Chanoine anonyme*, f° 2, v°, qui ne fait pas mention du jour de la bataille; on y lit au lieu de in campis, in campo; au lieu de totum, tantum; pour duos, duo; et pour ocasi, occisi.

CCLXXVIII.

Jean et Thierry, frères et co-seigneurs de Valangin, déclarent avoir affranchi le prieuré du Vauxtravers de certaines redevances auxquelles il était tenu pour quarante muids de froment que le prieur leur avait délivrés, moyennant quoi ce couvent jouirait franchement de ses revenus en blé au Val-de-Ruz; on reconnaît entr'autres que le prieur avait le droit de tenir un plaid général tous les ans au Val-de-Ruz, que le blé de ce monastère devait être mis dans un grenier de Fontaines, et qu'il ne pouvait être vendu qu'après avoir été offert d'abord au seigneur de Valangin.

JEUDI APRÈS LA FÊTE DE SAINT MICHEL ARCHANGE MCCXCVI. ⁽¹⁾*Arch. du Prince: L^{ra}, n° 17. Copie collationnée du vrai original, par J. Sangeti. ⁽²⁾*

Nous Jehan et Thyetric freres et conseigneurs de Valengin, faisons savoir a tous, que nous saichans et de nostre bon grey, non induis par force, par barat ne par crainte, quittons perpetuellement et absoillons pour nous et nos successeurs le prioirey, le prieur et les moinsnes de Valtravers sur ce que les jures du plait general

que le dit prieur se doit avoir en nostre vaul de Reu, et tous les ans rapportoient ainsin come ilz avoient ouy de ses predecesseurs, que le dit prieur devoit avoir en sa grange de Fontaine ung cheval pour expedier et fere les besoignes de la signorie de Valengin et que le blef du dit prieur devoit estre remis en son gornier de Fontaine, ne ne povoit estre vendu le dit bled sinon a mondit seigneur de Valengin premierement requis; a laquelle mutation mondit seigneur de Valengin entendoit avoir xx sols. Sur toutes lesquelles universelles et singulieres choses nous quittons perpetuellement le dit prieur et ses moinsnes, ainsi come premierement est exprime, pour quarante muys de froment que le dit prieur nous a pleinement paye a la messe de Neufchastel. Pourquoi nous renonceons a l'exception du froment non mesures, non baillie, non receptu, et a toutes les exceptions qui nous pourroient appartenir et competer en ceste partie et qui pourroient grever ausdits priore, prieur et moisnes dudit lieu, ausquelx nous promettons par nostre serement corporellement donne sur les saintes evangilles, que nous ne viendrons jamais ne par nous ne par aultres a lencontre de la dite promesse et a la recognission faicte et a fere des dits jures au temps advenir. Quant aux choses dessus dites renonceons pour nous et nos successeurs entierement et expressement, vuillans que le dit prieur dispose au temps advenir de son bleds et en fasse selon sa propre volente, et de rechief promettons a la bonne foy de nous a tous et singuliers priore, prieur et moisnes dessus dits, estre favorables envers mon dit frere Ulric. En tesmoing desquelles choses je le dit Jehan ay fait mettre mon scel a ceste escripture et a plus grant corroboration et firmite nous les dits Jehan et Thietric avons prie fere mettre a ce present escript les scels des venerables seigneurs de chapitre de lesglise de Neufchastel et de religieux labbe de Fontane Andrey. En tesmoignage desquelles choses nous lesdits chapitre et abbe a la requeste des dits Jehan et Thyetric avons mis nos seaux a ces presentes. Fait le jeudi apres la feste Saint Michiel larchangele, lan MCCLXXXVI.

(¹) 5 octobre.

(²) Il paraît toutefois que ce n'est ici que la copie de cette copie vidimée, le clerc n'ayant point mis de paraphe, contre l'ancien usage, et le style n'étant point celui des actes du temps; cette pièce paraît n'être qu'une traduction faite au xv^m siècle; voilà quant à la forme. Quant à l'essence même de l'acte, il est à remarquer que le premier document qui parle de la seigneurie de Valengin, ne remonte qu'à 1290, (v. supra n° 259) et que ce n'est qu'à partir de 1295 qu'on voit Jean et Thierry porter le titre de co-seigneurs. Cet acte ne peut avoir été donné qu'en 1296, et peut-être même en 1306, quoiqu'il porte bien le millésime de 1286, parce que ces deux co-seigneurs ne furent en possession tranquille de cette seigneurie qu'en 1305, après l'hommage qu'ils rendirent alors au comte Raoul. (*Inventaire raisonné des archives*, par M. le baron J.-F. de Chambrier. T. x, f° 556.)

CCLXXIX.

Perrin, sire de Vauxmarcus, reconnaît tenir en fief rendable de Rollin, comte et sire de Neuchâtel, le château de Vauxmarcus et tout ce qu'il tenait dans sa ville de Vernéaz et son territoire.

DIMANCHE AVANT LA PENTECOTE MCCXCVI. ⁽¹⁾

Copie non vidimée sur papier aux archives du Prince. H⁴⁹, n° 12.

JE Perrin sire de Vaulmerchue fais savoir a tous ces qui verront et orront ces pre-senz lettres, que je reconnoit tenir de Rolin conte et sire de Nueschestel, le chastel de Vauzmerchue et le borc en fied rendable de lui et tout quant que jay out doit avoir en la ville de la Vernee ne ou territoire de la Vernee, cest assavoir en hommes, en cens, en terres, en diesmes, en terraiges, en boiz, en prez, en terres et en aigues, et en toutes aultres choses et especialement en Lougiron ainsin come ladite Vernee; en ceste chose jay convent dou garantir au devant dit Rolin a mon povoir. En tesmoignage de ceste chose jay fait par ma priere a saeller ceste presente lettre dou chapitre de Nuefchastel. Et nous ly devant dis chapitre a la priere doudit Perrin de Vaulmerchue havons mis nostre scel en ceste presente lettre faicte lan nostre Seigneur corant mil cc nonante et six, le diemoine devant Penthecoste.

⁽¹⁾ 6 mai.

CCLXXX.

Pierre, évêque de Bâle, Jean, Ulrich et Thierry d'Arberg, frères, d'une part, et Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, d'autre part, étant en différend, choisissent pour le terminer Ulrich de Porta qui prononce comme arbitre qu'une paix durable doit être rétablie entre les parties, que les frères d'Arberg observeront scrupuleusement la sentence rendue deux années auparavant, et que provisoirement et en attendant de plus amples informations, ils abattront le gibet récemment élevé au Val-de-Ruz.

SECONDE FÉRIE AVANT L'ASSOMPTION DE LA VIERGE MCCXCVI. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux arch. du Prince. J⁵, n° 10, f 1).

Nos Ulricus dominus de Porta miles, notum facimus universis quod cum venerabilis pater Petrus, Dei gratia basiliensis episcopus, Johannes, Uldricus et Thetericus

de Arberk fratres, ex una parte, et nobilis vir Rodulphus comes et dominus Novi Castri ex altera, super eorum discordiis et guerris que inter dictas partes vertebantur, in nos amicabiliter compromisissent et juramento prestito promisissent se imperpetuum et inviolabiliter observaturos quicquid inde diceremus seu ordinaremus, nos ad presens de dictarum partium voluntate et consensu dicimus et ordinamus primo, quod bona pax et segura de predictis guerris sit inter ipsos et quod dicti fratres dicti de Arberk ea que continentur in littera presenti littere annexa infra mensem post proximam assumptionem beate Marie virginis continuo sequentem teneant et totaliter adimpleant et faciant adimplere; et hoc insuper addito quod dicti fratres, gentes que dicuntur Royez et res eorundem non permittant habitare in suis munitioibus ultra voluntatem Rodulphi supradicti; et hoc etiam dicimus quod patibulum in valle Rodolii de novo erectum deponi faciant dicti fratres, quousque inquisierimus si dictum patibulum ibidem debeat esse et manere. Reliqua vero de dicta pace ordinanda et expedienda penes nos retinemus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum de consensu dictarum partium et ad preces earundem presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini MCCXCVI, feria secunda ante dictam assumptionem.

(¹) 14 août.

CCLXXXI.

Des différends élevés entre Pierre, évêque de Bâle, et Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, ayant occasioné une guerre entre eux à la suite de laquelle Jean et Thierry d'Arberg avaient été faits prisonniers et étaient détenus à Neuchâtel, les parties choisissent, pour terminer les hostilités, le chevalier Ulrich de Porta qui prononce que le comte Rodolphe, ses héritiers et ses sujets, conserveraient tous les droits et les possessions qui leur appartenaient d'ancienneté au Val-de-Ruz.

VEILLE DE L'ASSOMPTION DE LA SAINTE VIERGE MCCXCVI. (¹)

Original sur parch. aux arch. du Prince. U n° 4.

Nos Petrus Dei gratia basiliensis episcopus, notum facimus universis quod cum materia discordie mota fuisset inter nos ex parte una, et Rodulphum comitem et dominum Novi Castri ex altera, pro qua discordia Johannes et Dietericus condomini de Arberg, apud Novum Castrum captivi tenebantur, que guerra seu discordia ex utraque parte compromissa fuit in virum strenuum dominum Ulricum militem de Porta, qui arbitrium dicte discordie in se plenarie recipiens taliter ordinavit, quod predictus Rudolphus et sui heredes seu gentes eorum, omnibus juribus, consuetudinibus, possessionibus seu etiam de litteris a Johanne et fratribus ante litem datis et de omnibus rebus aliis in valle Roduli que de jure vel de facto seu de consuetudine

habere debeant, possideant pacifice et quiete; quam quidem concordiam nos predictus episcopus pro nobis et nostris coadjutoribus ratam et firmam promittimus observare. Si vero dicta pax a dicto Johanne seu a suis fratribus Dieterico scilicet vel Ulrico vel eorum coadjutoribus contingeret violari, nos dictam violentiam bona fide, sine fraude et dolo emendare promittimus vel ab ipsis facere emendari. In cujus rei testimonium nos Petrus Dei gratia episcopus antedictus sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Datum vigilia assumptionis beate Marie virginis, anno Domini MCCXCVI.

(¹) 14 août.

CCLXXXII.

Jean et Thierry d'Arberg, frères, déclarent qu'ils ont résigné leur pays du Val-de-Ruz, leur forteresse appelée la Neuve ville, la forteresse de Valangin et la ville de Bussy avec leurs dépendances, à Pierre, évêque de Bâle et à son église, pour trois ans dans l'intervalle desquels le dit évêque devra construire une tour sur la montagne située près du château de Valangin, et que l'on nomme la Roche rouge.

LE MATIN APRÈS LE DOUZIÈME JOUR DE LA NATIVITÉ DE NOTRE SEIGNEUR MCCXCVI. (¹)

Copie vidimée sur parchemin aux arch. du Prince. L^s, n^o 49.

Nous Jehans et Thierrys d'Arberg freres, seignours de Valangin, faisons savoir a touz ceuz que verront ces lettres ou les orront lire, que nous, par bon conseil, par bone sanctey de corps et par bone voluntey avonz resigney et resignons par ces lettres quittement et franchement nostre pays dou valt de Ruey et nostre fourterasse que lon apaile la nueve ville ansamble les gens, les biens, le fondement, les aieses, joyances, pasquiers, boix, revieres, aigues et toutes autres droitures et droiz, ensi come nous lavons hauz et possidey a tres loable seignour evesque Pierre de Basle et a lesglise de Basle; nous recoignissons ausi que nous, nostre fourterasse de Valangins et la ville que lon dit Bussiers, avonz resigney a devant dit evesque Pierre et a lesglise de Basle ansamble le val que lon dit le valt de Ruey et toutes les chosses et biens devant escriptz ansamble tous les droitz que nous y havons ou avoir poons par droit; et doit il en nom de lesglise de Basle et ou liec dycelle, les devant dictes fourterasses et le valt, ansamble les gens et les biens et touz les drois, trois ans avoir en sa puissance et joyr come le franc aleuf de lesglise de Basle, et doit deant les dictes trois annees, li devanz diz nostres sires evesques Pierre en nom de lesglise de Basle, edifyer une tour et fourterasse seur la pruchainne montaigne que giet pres dou chastel de Valangins que lon apaile la

roige roche. Et en apres quant les trois annees seront fenyes, quant nouz ou nouz hoirs requerronz les devant dites forterascas et chastels, pays et gens, ansamble tous lez droiz, adont le nouz doit il ou a nostres hoirs represter en nom de droit burglehem et devonz nouz a luy et a lesglise estre aidanz a touz jour mais, en touz leurs besoins, a tout fourterascas, a tout chastels, a tout le pays et gens, et a tout le valt, fuer et dedeant, et de lassier entrer sans nul baret. Et se nous ou nous hoirs ce ne faicions ai donc doit li devant dit burglehem ansamble fourterascas, chastels, pays et gens, et tout le droit a lesglise de Basle estre eschois sanz nul contredit. Nous Jehans et Thierriz prometons et avonz promis que nouz des devant diz biens devonz estre droiz vairanz excepte tot que se a nostre seignour levesque devant dit li chastels de Valangins et li ville de Bussiers estoient jai gaignyes par droit ce nouz ne derienz point racomplir ne estre gairanz. Nous li devant diz evesque Pierre recoignissons que toutes ces choses sont estees faites ensi come devant est escript, et y furent present conte Rodolf de Nuefchastel sires de Nidoie, messire Haymes de Hasenbourg, Wulliermus de Arberg, Holry de Arberg li prestres, messire Bourquiers de la Roiche, messire Pierres de Eptingen de Blochmont, messire Vernier de Eptingen, messire Hannz de Wilstein ses freres, messire Jehans de Biedertan, messire Symont de Courtailery, chevaliers, mastre Nycholaus maytres descole de sanct Pierre de Basle, messire Bourquiart de Tavannes, messire Hennz de Courtalery chanoine de Sant Ymier, et messire Hannz de Hasembourg chanoines de Mostier grant valt et autres pluseurs dignes et de foy. Et en tesmoingnage des choses devant escriptes est ceste lettre saielee de nous evesque Pierre, Jehan et Thierry dArberg, et de touz les tesmoins devant escripts que havoient scels. Ce fut fait et furent donees ces lettres lam nostre Seignour de grace corrant mil dos cens nonante et seix ans le matin apres le douzieme jour de la nativitey nostre Seignour, deant le chastel de Valangins.

(¹) 6 janvier 1297.

CCLXXXIII.

***Fausses franchises fabriquées par Vauthier de Neuchâtel,
bâtard du comte Louis.***

LE VII MAI MCCXCVII.

Transsumpt d'un parchemin aux arch. du Prince. G², n^o 16. L'original sur parchemin est aux archives de la préfecture du Doubs, N. 5.

Nos Rol sire de Nuefchastel facon savoir a tout que nos avonz done et denons par la tenour de ceta presenta littera les franchises et liberta cy apre escriptes a nous feaulx gentilemoz et borgois et a tot autres que sarant franc apartegnant de la seignorie de Nufchastel tant elle sentant, ces assavoir premyerement que le jour

generaul de Nufchastel ne se doit tenir que une foiz lan le darne demar dou moys de may et ne le pevir contremenda quand y sara crya, se neret per le consentemant et velonta des borgois de Nufchastel. Item celour qui serant en sospetiz par devant nous de aucon plait pux traire sa cause par devant le seignyour dou fie. Item que nos ne poront faire ou faire a fere ajorna acons par devant nous sur confiscasson de bien ou de heritaiges. Item que celour qui saront en doelance de nos ou autres maulx voliant que li volliant maulx, que puissant plaidoier a nostre terre par procureur et par devant nos se mestier faix. Item avons donne les choses dessus dites par enxi que celour que se sentrant agrava que devient premyerement appeler devant le seignour dou fie, au defaulx de celui signor con appelloit devant le rygaule a Bessencon com par avant se facois; et prometons nos le dy Rol pour nos et pour nos hoirs et pour ces qui avoir cause de nos au temps a venir, de non aler ne de souffrir de faire au contraire des choses dessus dites. En tesmonynages de laquel chose nous avons mis nostre scel en ces presentes que furent faites et donne le septiema jour dou mois de may, lan mil cc nonante septz.

CCLXXXIV.

Mamius dit Bonaguisa, marchand et citoyen de Florence, renonce à toute répétition envers Rollin, seigneur de Neuchâtel, Amédée son père, ses oncles et ses prédécesseurs, et déclare avoir reçu une entière et légitime satisfaction pour ce qui lui était dû.

MERCREDI APRÈS LE DIMANCHE DES PALMES EN AVRIL MCCXCVII. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. L^o, n^o 11.

EGO Mamius dictus de Bonaguissa merchator et civis Florencie, notum facio universis presentibus et futuris, quod ego prudens et spontaneus, non coactus, non deceptus vi, dolo vel metu, pro me et fratribus ac sociis meis universis et singulis imperpetuum et irrevocabiliter quittavi et quito penitus et absolvo virum nobilem et potentem Rolinum dominum Novi Castri ab omnibus actionibus, debitis, querelis et calumpniis cujuscumque tenoris existantibus, quam vel quas ego et fratres ac socii mei universi et singuli habuimus vel habebamus erga dictum Rolinum et Amedeum bone memorie patrem dicti Rolini et erga avunculos et predecessores ipsius Rolini, per totum tempus preteritum usque in diem hodiernum, pro legitima satisfactione et solutione michi a dicto Rolino integritate facta in bona pecunia numerata; et si forsitan aliqua littera reperiretur confecta contra dictum Rolinum vel patrem suum seu contra predecessores suos que dicto Rolino nocere possit, dictas litteras irritas et inanes denuntio nomine meo et fratrum ac sociorum meorum et ipsas esse nullius valoris et momenti et ipsas cancellatas denuncio et in judicio nullam habere

firmitatem. Renunciando in hoc facto exceptioni doli, metus et in factum, exceptioni pecunie non habite et satisfactionis non facte, et omni juri et consuetudini presenti littere contrario et omnibus aliis exceptionibus et allegationibus per quas possem contra predicta venire vel aliquid de predictis. Promittens ego dictus Mamius esse bonus querens dicto Rolino de dicta quitatione erga fratres et socios meos supradictos. In cujus rei testimonium sigillum meum apposui huic scripto una cum sigillo domini Johannis vicedomini de Melduno castellani Yverduni quem rogavi et feci presentibus apponi in testimonium veritatis. Et nos predictus castellanus ad preces dicti Mamii sigillum nostrum presentibus duximus apponendum in robur et testimonium firmitatis. Datum anno Domini MCCXCVII, die mercurii, post dominicam palmarum, mense aprilis.

(¹) 1296.

CCLXXXV.

Robert de Noiraigue vend à Pierre des Fontaines, bourgeois de Neuchâtel, des cens assignés sur diverses terres.

LE LUNDI LENDEMAIN DES BORDES MCCXCVIII. (¹)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. U, n° 2.

EGO Robertus de Nigra aqua notum facio universis quod ego, non vi, non dolo ductus, sed sciens et spontaneus, de laude et consensu uxoris mee et Petri et Girardi filiorum meorum vendidi et vendo imperpetuum pro me et heredibus meis Petro de fontibus burgensi de Novo Castro et heredibus suis duos solidos et septem denarios monete stephanensis in perpetuum censuales in festo beati Johannis Baptiste annuatim persolvendos super tres posas terre sitas in loco dicti Affaron, videlicet juxta campum Nicholai dicti Passossier et super unam secturatam prati sitam in loco dicto Parsec, quas tres posas terre una cum secturata prati mei tenet Womarius de Nigra aqua pro quadraginta solidis bonorum stephannensium; quam summam pecunie me recepisse a dicto Petro et habuisse confiteor in bona pecunia numerata, promittens per juramentum meum super sancta Dei evangelia a me corporaliter prestitum, quod contra predictam venditionem per me vel per alium non veniemus in futurum, sed ero Petro predicto et heredibus suis de predictis tribus posis terre et prato verens legitimus in perpetuum contra omnes in judicio et extra; renunciando in hac parte exceptioni pecunie non numerate, non recepte et non habite, omni juri canonico et civili et omnibus aliis exceptionibus et rationibus per quas contra predictam venditionem per me vel per alium venire possem in futurum, et specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis. In cujus rei testimonium nos videlicet frater Girardus humilis prior de

valle transversa et nos Walcherus curatus ejusdem loci ad preces et requisitionem predictorum Roberti, Jaquete, Petri et Girardi sigilla nostra litteris presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini MCCXCVIII, die lune in crastino bordarum.

(¹) 10 mars 1299.

CCLXXXVI.

Jacob le juif, Cussèle sa femme, Anzelys et Samuel ses fils, déclarent avoir reçu en bon argent toutes les sommes que devaient à eux et à leurs prédécesseurs, Jean, prévôt de Neuchâtel, Richard son frère, et Rodolphe, seigneur de ce lieu, tant pour eux que pour Amédée, père du dit Rodolphe, Ulrich et Henri, frères dudit Amédée, et leurs prédécesseurs.

VENDREDI AVANT L'ASCENSION DE NOTRE SEIGNEUR MCCXCIX. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. D^s, n^o 6.

Nos Jacob judeus de Mureto, Cussele ejus uxor, Anzelys et Samuel ejus filii, notum facimus universis quod nos ab universis et singulis debitis et mutuis de quibus venerabiles viri Johannes prepositus ecclesie Novi Castri, Richardus ejus frater et Rodolphus eorum nepos dominus Novi Castri, tam pro se quam Amedeo quondam patre dicti Rodulphi, Ulrico et Henrico fratribus et pro aliis suis predecessoribus nobis seu predecessoribus nostris tenebantur obligati debitores seu fidejussores, et ab universis dampnis et interesse atque monitis dictorum debitorum confitemur nos a predictis dominis Novi Castri in integrum pagamentum et perfectam solutionem recepisse et habuisse in bona pecunia numerata; unde predictos prepositum Richardum et Rodolphum ac heredes eorum et omnes fidejussores, debitores seu redditores vel obsides nobis pro ipsis dominis Novi Castri obligatos, videlicet Petrum Ginum, Wullielmum filium ejus, Petrum de Martront, Petrum filium ejus, Wullielmum de Cheires, Perrotum filium Rodulphi Gayet, Henricum Venderer, Cononem Grasset, Petrum Borno, Petrum Borchardi, Cononem fratrem ejus, burgenses de Mureto, Huguetum de Grandissono, Aubertum Musar, Wullielmum Albi, Petrum de valle transversa, Jacobum de Valmarcuy, Rembardum, Stephanum de Rippa, Wullielmum de foro et eorum heredes et omnes alios quoscumque nobis pro predictis dominis Novi Castri et eorum predecessoribus obligatos quitamus penitus et absolvimus, conditione qua possumus potiori, ab universis debitis, mutuis fidejussionibus, monitis, dampnis et interesse supradictis usque ad confectionem presentium factis. Abrenunciantes autem in hoc facto omnibus habitis instrumentis et firmationibus factis ex parte dictorum dominorum Novi Castri et suorum fidejussorum, supradictis debitis usque ad confectionem presentium, et specialiter illi clause que apponi consuevit in litteris, quod solutio debitoris non possit probari nisi per litteras redditas, cancellatas, et alii clause que similiter apponitur in litteris nostris, quod

solutio non possit probari nisi per quemdam judeum et quemdam cristianum, et omnibus aliis clausulis, litteris et firmationibus seu obligationibus usque nunc factis quibus possemus a dictis dominis Novi Castri vel ab eorum heredibus seu ab aliis quibuscunque pro ipsis aliquid petere, exigere seu aliquatenus extorquere. Volumus autem et concedimus quod si aliqua instrumenta sive aliqua littera ante confectionem presentium facte postmodum qualiscunque momenti fuerint, in quibus dicti domini Novi Castri vel alii nomine ipsorum nobis tenerentur obligati, quod iste dicte nullius valoris existant vel momenti et omnibus viribus careant penitus contra ipsos et contra alios quoscunque pro ipsis obligatos; promittimus si quidem pro nobis et heredibus nostris juramento nostro sub legem Dei per Moysen datam atque solempni stipulatione, quod nos dictos dominos Novi Castri aut eorum heredes seu fidejussores suos vel heredes eorum ratione dictorum debitorum seu dictorum instrumentorum non inquietabimus nec inquietari faciemus et quod contra dictam quittance seu presens instrumentum non veniemus in aliquo per nos vel per alium in futurum. Abrenunciamus autem in hoc facto exceptioni non numerate, non tradite, nec solute pecunie, doli mali et in factum, juri reprobanti generales renunciaciones nisi precesserint speciales, et omnibus aliis exceptionibus juris canonici vel civilis que nobis possent competere in hoc facto et predictis dominis seu aliquibus pro ipsis in futurum prejudicium generare. In quorum omnium testimonium sigillum communitatis burgensium de Mureto una cum sigillo Henrici curati dicti loci presentibus litteris rogavimus apponi. Nos autem predicta communitas et curatus ad preces et instantiam dictorum judeorum sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini MCCXCIX, die veneris ante ascensionem Domini.

(¹) 22 mai.

CCLXXXVII.

Guy, chanoine de Lausanne, et Geoffroi de Grandmont, châtelain d'Yverdon, promettent de faire respecter les conventions passées entre le baron de Vaud et Rollin de Neuchâtel, au sujet d'un lombard incarcéré dans les prisons de Rochefort par les ordres de ce dernier.

JEUDI APRÈS LA SAINT JACQUES MCCXCIX. (¹)

Original sur parchemin endommagé aux archives du Prince. U⁷, n° 7.

Nos messi Grux, chanoine de Losane, Joffrei de Grant mont chastellains de Yverdun et..... d'Yverdun, facons savoir a toz que nos avens promix et promettons par nostres foiz done..... et segnor de Nufchastel de faire persegre et tenir les covenances que sunt per..... lunbar et por la prison de Rochefort entre aut baron et puisant mon segnor..... Waut et le dit Rolin lesquex sunt tex que le diz Rolin doit rendre le diz lunbar..... quil porroit per fiances quil ne soit tenuz garder

de domage et li diz lonbar et six..... que por la prison il ne porchaceront le domage Rolin ne les seins et li donront lettres..... a son balli que il se tenoit a paier de Rolin, et mes sire Loix de Savoie doit doner..... mal cuer et mal volunte et lenjure de la prison dou lonbar et de Rochefor; et si les dites covenances ne se porseont ne..... especiaument le dit Joffrei par nostre foi donee de rendre cest sambedi prochein lo dit..... Nuefchastel et Rolin et sa cumpaignie. En tesmoignage de laquel chose nos avons nostres sces en..... donees a Yverdon le juedi apres la sent Jaque, lant de grace mil cc nonante ix.

(¹) 30 juillet.

CCLXXXVIII.

Jacques Milimeste et Souco de Bussero, citoyens et marchands de Milan, déclarent que, porteurs d'une grande somme d'argent et d'autres choses, ils avaient été saisis et détenus prisonniers par Rodolphe de Neuchâtel et qu'à cette occasion ils avaient souffert de grands dommages, mais que ce seigneur les ayant pleinement satisfaits en leur restituant ce qui leur avait été enlevé, ils n'ont plus de réclamations à lui faire.

VENDREDI APRÈS LA SAINT JACQUES APOTRE MCCXCIX. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. M^e, n^o 17.

Nos Jacobus Milimeste et Souco de Bussero cives et mercatores mediolanenses, notum facimus universis quod cum ego dictus Souco captus fuerim et detentus cum quadam summa pecunie et aliis rebus meis per Rodulphum comitem et dominum Novi Castri et propter hoc dampna et interesse non modica sustinuerimus, idem Rodulphus super predictis peccunia, dampnis et interesse et rebus aliis nobis plenarie satisfecit, quare predictum Rodulphum super predictis universis et singulis pecunia, dampnis et interesse et rebus aliis, pro nobis et nostris sociis absolvimus penitus et quittamus, facientes nichilominus eidem Rodulpho pactum expressum de predictis ulterius non petendis et de dampno ipsius et suorum ad presens vel in futurum ullatenus procurando per nos vel per alium quoque modo. In cujus rei testimonium sigillum illustris viri domini Ludovici de Sabaudia domini Waudi una cum sigillis nostris propriis rogavimus et fecimus presentibus apponi. Nos vero predictus Ludovicus ad preces dictorum Jacobi Milimeste et Suco de Bussero sigillum nostrum cum sigillis eorundem propriis presentibus litteris duximus apponendum. Datum die veneris post festum beati Jacobi apostoli, anno Domini MCCXCIX.

(¹) 31 juillet.

CCLXXXIX.

Rollin, fils de Girard d'Estavayer, devient vassal de Pierre co-seigneur d'Estavayer, pour toutes les terres qu'il possédait au delà du Jura et entre Vauxmarcus et Colombier, en en exceptant le château de Gorgier et ce qu'il possédait dans la paroisse de Pontareuse.

SAMEDI APRÈS LA SAINT GALL MCCXCIX. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux archives du château de Gorgier.

Nos officialis curie lausannensis notum facimus universis quod in presentia Stephani de Yverduno clerici jurati curie nostre, quoad infra scripta et ad hoc a nobis specialiter destinati et testium infra scriptorum, constitutus personaliter Rolinus filius quondam Girardi condomini de Estavaye, considerata utilitate sua plenius evidente, de laude et consensu et auctoritate expressis Alesie matris et tutricis sue, domine Ysabelle avie sue et Jacobi avunculi sui, et etiam de consilio amicorum suorum pro se et suis heredibus, fecit et constituit nobili viro domino Petro condomino de Estavaye militi, pro se et suis heredibus feudale quicquid habet, habere potest aut debet vel aliter nomine suo ultra Joram; item et a castro de Vaumarcus usque ad villam de Colomberio, et a lacu usque ad vallem transversam prout longe lateque protenduntur in terris, hominibus, campis, nemoribus, censibus, jurisdictionibus, decimis, tallis, usagiis, aquis, aquarum cursibus et rebus aliis quibuscunque, queque sint et quocunque nomine censeantur; item et villam francam si eandem a se et dicto milite edificari contingat infra predicta, potissime in parrochia sancti Albini, salvo jure quod habet et habere debet in castro de Gorgie et salvis rebus, juribus, decimis et censibus et rebus aliis quibuscunque que habet et habere debet in parrochia de Ponterousa, quod jus dicti castri et res predictas parrochie predictae ab alio domino confessus est tenere; confitens et recognoscens de laude, auctoritate et consensu quorum supra, coram dicto jurato predictas res esse de feodo dicti domini Petri, et se fecisse eidem homagium de eisdem prout superius sunt expresse. Dicti vero Alesia mater et tutrix dicti Rolini nomine tutorio ipsius, domina Ysabella et Jacobus predicti presentes ad omnia predicta coram dicto jurato predicta laudaverunt, ratificaverunt et approbaverunt, et eisdem auctoritatem quam potuerunt, dederunt et prestiterunt, jurantes ad sancta Dei evangelia quod predicta dicto Rolino crederunt totaliter expedire et ad utilitatem ipsius esse facta; pro qua constitutione feodi predicti Rolinus, Alesia mater ejus nomine tutorio ipsius, domina Ysabella et Jacobus predicti confessi sunt et recognoverunt coram dicto jurato, quod dictus dominus Petrus de mandato ipsorum solvit ducenas libras bonorum lausannensium creditoribus suis, scilicet dicti Rolini, ad quarum solutionem dictus Rolinus tenebatur ut asseruerunt coram dicto jurato necessario

obligatus. Renunciantes in predictis omnes et quilibet eorumdem predicti de jure suo certificati, quilibet eorum prout melius sibi competit, exceptioni dicte pecunie non solute, minoris etatis subsidio, beneficio restitutionis in integrum ex utraque clausula, sollempnitatis auxilio non servate, autentice sive.....⁽²⁾ juri ypothecarum pro dote, beneficio Velleyani, exceptioni doli, conditioni sine causa et ex injusta causa, omni deceptioni et circonventioni, officio et implorationi judicis, omni simul actioni contractus, scripto aliter quam acto, et omni alii exceptioni juris et facti et juri dicenti generalem renuntiationem non valere. Et promiserunt juramentis suis super sancta Dei evangelia corporaliter prestitis pro se et suis heredibus dicto domino Petro presenti et recipienti pro se et suis heredibus ac sollempniter stipulanti atque dicto jurato stipulanti sollempniter, nomine et ad opus dicti domini Petri, se predicta firmiter attendere nec venire in futurum contra predicta vel aliquid de eisdem. Ad omnia autem et singula predicta testes sunt vocati et rogati videlicet : nobiles viri dominus Borcardus condominus de Fonz miles, dominus Otho de Bono vilario miles, Richardus filius quondam Wulliermi condomini de Estavaye, curatus de Belfoz, dominus Ul-dricus curatus de Ponterousa, dominus Rodolphus curatus de Fyes, Petrus dictus Mora, burgensis de Estavaye, et plures alii ; rogaveruntque nos per dictum juratum, Rolinus, Alexia, domina Ysabella et Jacobus predicti, nomine quo supra, ut constitutioni et recognitioni feodi predicti auctoritatem nostram interponeremus et decretum. Nos vero officialis predictus facta inquisitione per probos et fide dignos an expediret dicto Rolino constitutio dicti feodi, invenimus dictam constitutionem dicti feodi eidem expedire, et ideo ad requisitionem Rolini, Alexie matris et tutricis ejus, domine Ysabelle et Jacobi predictorum dictam constitutionem dicti feodi propter guerre periculum eminens ipsi Rolino per hoc exclusum et propter utilitatem dicti Rolini in aliis existentem, in hiis scriptis eidem Rolino decrevimus expedire, et eidem constitutioni feodi auctoritatem nostram interponimus et decretum. Nos vero officialis supradictus ad requisitionem et preces Rolini, Alexie, domine Ysabelle, Jacobi et testium predictorum, nobis per dictum juratum oblatas, cui fidem super predictis plenariam adhibemus, in testimonium omnium premissorum atque auctoritatis et decreti per nos adhibitum, ut superius est expressum, sigillum dicte curie apposimus huic scripto. Datum apud Estavaye pro predictis adimpletis, laudatis et ratificatis, coram dicto jurato, et pro auctoritate et decreto per nos interpositis, apud Lausannam, die mercurii post festum omnium sanctorum anno Domini MCCXCIX. Data autem pro predictis adimpletis coram dicto jurato apud Estavaye est die sabbati post festum beati Galli, anno quo supra.

(¹) 17 octobre.

(²) Un mot illisible de même qu'un second à l'avant-dernière ligne de cet acte.

CCXC.

Jean d'Arberg, Ulrich et Thierry, frères et co-seigneurs de Valangin, disent qu'un différend s'étant élevé entre eux et le chapitre de Saint-Imier, au sujet de la présentation à l'église de Dombresson, ils l'ont terminé en abandonnant ce droit au chapitre.

QUATRIÈME FÉRIE APRÈS LA FÊTE DE SAINT LUC ÉVANGELISTE MCCXCIX. (1)

*Copie sur papier levée par Louis Sterne, notaire impérial et secrétaire de ville à Bienne, de 1510 à 1530.
Archives de Bienne cxxvi, n° 1.*

Nos Johannes de Arberg, Uldricus et Thetericus fratres et condomini de Vallengins notum facimus universis quod cum controversia verteretur inter nos ex una parte et venerabiles viros prepositum et capitulum ecclesie sancti Imerii ex altera, super eo quod ad ecclesiam Dombresson cujus presentationem ad nos dicebamus pertinere, dominus Girardus de Corcellis presbiter per venerabilem priorem et reverendum Wullielmum, Dei gratia lausannensem episcopum, ad presentationem nostram fuerat institutus, dictis preposito et cappitulo jus presentandi ad dictam ecclesiam de Dombresson ad eos dicte ecclesie sancti Imerii asserentibus pertinere, et jus suum per privilegia episcoporum lausannensium et romanorum pontificum affirmantibus et petentibus ipsum presbiterem per nos presentatum de ipsa ecclesia removeri; nos igitur deliberato animo et communicato bonorum virorum consilio, auditis et intellectis eorum privilegiis, intelleximus jus presentandi in dicta ecclesia de Dombresson ad ecclesiam sancti Imerii pertinere. Quare dictis preposito et cappitulo nomine sue ecclesie sancti Imerii dictum jus presentandi quittamus et renunciamus penitus et in perpetuum pro nobis et nostris successoribus, et si quid forte juris in ipsa presentatione habere possumus vel debemus, illud ipsi ecclesie sancti Imerii pro remedio animarum nostrarum et predecessorum nostrorum in perpetuam elemosinam conferimus liberaliter et devote, promittentes bona fide nostra solempniter stipulando dictis preposito et cappitulo quod contra predicta seu aliquid de supradictis non veniemus per nos vel per alium in futurum. In cujus rei testimonium nos Johannes et Uldricus sigilla nostra litteris presentibus apposimus, et ego dictus Thetericus quia sigillum non habeo, sigillum religiosi viri abbatis fontis Andree litteris presentibus rogavi apponi. Et nos prefatus abbas ad preces dicti Thetrici sigillum nostrum huic scripto duximus apponendum. Datum anno Domini MCCXCIX, feria quarta post festum beati Luce evangeliste.

(1) 21 octobre.

CCXCI.

Etienne le marchand, de Neuchâtel, vend à Girard dit de Boudevilliers, curé de Saint-Blaise, plusieurs cens assignés sur des jardins.

LA SIXIÈME FÉRIE APRÈS LA SAINT-MARTIN D'HIVER MCCXCIX. (1)

Original sur parch. aux arch. du Prince. D¹⁰, n° 28.

NOVERINT universi quod ego Stephanus mercator burgensis de Novo Castro, non vi, non dolo ductus, sed sciens et spontaneus et in sana memoria constitutus, de laude et consensu Wulliermete uxoris mee et Johannis Richardi filii mei, pro me et heredibus meis, vendidi et vendo in perpetuum domino Girardo dicto de Boudivillier curato sancti Blasii pro se et suis heredibus assignatis vel assignandis ab eodem, sex solidos bonorum lausannensium qui mihi debentur censualiter annuatim, videlicet tres solidos dicte monete, quos debet Agneleta relicta Stephani dicti Pannaul super ortum retro collem situm juxta ortum Uldrici Bergeron ex una parte, et juxta ortum Johannis dicti Werretta ex altera; item duodecem denarios lausannenses quos debet idem Johannes super dictum ortum suum, juxta ortum Johannis Sifrillaut situm, item duodecem denarios lausannenses quos debet idem Johannes Sifrillaut super dictum ortum situm juxta ortum Agnelete relicte Uldrice Pece; item duodecim denarios ejusdem monete quos debet dicta Agneleta super dictum ortum suum situm juxta ortum Johannis filii quondam magistri Parisii. De quibus sex solidis lausannensibus censualibus de vestio me et heredes meos, prefatum dominum Girardum pro se et suis heredibus assignatis vel assignandis ab eodem corporaliter investiendo de eisdem pro sex libris bone albe monete mihi a dicto domino Girardo jam traditis et solutis ob hanc venditionem in bona pecunia numerata, renunciando penitus in hac parte exceptioni non numerate, non recepte et non solute pecunie, exceptioni deceptionis, minoris precii, beneficio restitutionis in integrum, omnibus consuetudinibus et usibus juris et facti scriptis et non scriptis, constitutis et constituendis, juri dicenti generales renunciaciones non valere nisi precesserint speciales et omnibus aliis exceptionibus et rationibus juris et facti que mihi aut heredibus meis posset prodesse in hac parte et dicto domino Girardo aut suis heredibus assignatis seu assignandis ad eodem in futurum obesse, promittens fide data nomine juramenti quod contra hujusmodi venditionem sive contra presentem litteram non veniam per me vel per alium in futurum, sed ero dicto domino Girardo et suis heredibus de dictis sex solidis censualibus verens legitimus in judicio et extra fideliter contra omnes, salvo tamen jure domini Novi Castri. In cujus rei testimonium ego prefatus Stephanus et nos predicti Wulliermeta et Johannes Richardi qui predictam venditionem laudamus, et renunciamus in hac parte beneficio dotis

CCXCIII.

Testament de Guillemette du Four, bourgeoise de Neuchâtel.

DIMANCHE APRÈS LA FÊTE DE SAINT MICHEL ARCHANGE MCCC. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. P¹⁰, n^o 6.

IN nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Ego Wulliermeta de foro, burgensis de Novo Castro, testamentum meum seu ultimam voluntatem meam in sana memoria constituta dispono et ordino in hunc modum. In primis capitulo ecclesie Novi Castri ii solidos lausannenses censuales do et lego super domum meam contiguam domui Anexiee Francisci. Item do et lego eidem capitulo xv solidos lausannenses pro ecclesia. Item v solidos lausannenses operi ecclesie supradicte. Item volo quod in primo die obitus mei, in septimo et tricesimo, quodam die, cuilibet canonico dentur vi denarii lausannenses, aliis vero presbiteris et clericis servitoribus ecclesie faceret distributio secundum distributionem meorum executorum. Item curato jus suum; vicario unum tricesimum. Item fratribus minoribus de Fryburgo ii tricesimos, hospitali ejusdem loci ii tricesimos. Item predicatoribus de Lausanna ii tricesimos, sancto Bernardo ii tricesimos, sancto Antonio ii tricesimos, ecclesie de Bevaz, ecclesie de Columberio, ecclesie de Corcellis cuilibet, et ecclesie fontis Andree i tricesimum; ecclesie herilacensi i tricesimum, ecclesie de Curnal et ecclesie de Cressie i tricesimum, et i tricesimum ecclesie de santo Blasio, et ecclesie Serrieres i tricesimum. Item volo quod executores mei distribuant sacerdotibus ecclesie Novi Castri non canonicis, iii tricesimos pro voluntate sua. Item ecclesie herilacensi vi denarios lausannenses censuales. Item ecclesie fontis Andree sex denarios censuales. Item ecclesie de Corcellis vi denarios censuales. Item leprosarie Novi Castri xx census; omnes super domum meam predictam quam domum cum cellario do et concedo Perrete sorori mei et suis heredibus donatione facta causa mortis, tali forma quod post decessum meum antequam possessionem domus obtineat, lx solidos lausannenses in manus meorum executorum persolvat pro meis beneficiis persolvendis. Meos autem executores dico venerabiles viros Wulliermum curatum ecclesie Novi Castri et Rembaldum consanguinem meum burgensem Novi Castri; et volo quod heredes mei super vineam meam de Champrevere l solidos lausannenses in manus executorum persolvant pro tricesimis meis faciendis. In cujus rei testimonium sigillum illustris viri et discreti domini Richardi canonicus Novi Castri una cum sigillo discreti viri domini Wullemi curati ecclesie Novi Castri presentibus litteris rogavi apponi. Et nos prefati Richardus et curatus ad preces supradicte Wulliermete sigilla nostra huic scripto duximus apponenda. Datum et actum anno Domini mccc, die dominica post festum beati Micahelis archangeli.

(1) 2 octobre.

CCXCIV.

Odin de Pontarlier reconnaît avoir été payé de la moitié de la somme que Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, devait à son père.

NOVEMBRE MCCC.

Original sur parchemin aux archives du Prince. L⁸, n^o 4.

EGO Odinus filius quondam Petri Cicardi de Pontallie notum facio universis quod ego super medietate universorum et singulorum debitorum, dampnorum et interesse, ac universarum aliarum querelarum in quibus Rodolphus dominus Novi Castri, lausannensis dyocesis, tam pro se quam pro predecessoribus suis predicto patri meo tenebatur ac etiam heredibus suis, recepi et me recepisse confiteor integram et perfectam solutionem et satisfactionem congruam in bona pecunia numerata a Rodolpho supradicto, unde ipsum Rodolphum et heredes suos pro me et heredibus meis imperpetuum quito penitus et absolvo super universis et singulis debitis, dampnis, interesse ac universis aliis querelis supradictis, et insuper volo et concedo quod si aliqua instrumenta super dictis debitis inventa fuerint quod nullius sint valoris vel momenti et careant totis viribus quantum ad me et heredes meos super medietate supradicta. Unde ipsis instrumentis et singulis clausulis eorundem abrenuntio penitus et expresse et specialiter illi clausule dicenti quod solutio non possit probari nisi per litteras redditas cancellatas, que cotidie in litteris solet apponi; necnon abrenuntio in hac parte exceptioni non numerate, non solute, non tradite pecunie, doli mali, et in factum et omnibus aliis exceptionibus juris canonici et civilis ac aliis consuetudinibus et usibus terre que omnia mihi et heredibus meis possent competere in hoc facto et dicto Rodolpho vel heredibus suis prejudicium generare, et specialiter juri dicenti generalem renuntiationem non valere nisi precesserit specialis. Promitto autem per juramentum meum super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum quod contra predicta seu aliquid de predictis non veniam per me vel per alium in futurum, sed dicto Rodolpho et heredibus suis ego et heredes mei feremus et exhibebimus mantenentiam et guerentiam perpetuam de predictis ubicumque contra omnes et specialiter contra fratres meos, et teneor ac promitto juramento quo supra, dicto Rodolpho tradere litteras pares presentibus litteris sigillatas sigillo serenissimi principis domini regis Francorum vel sigillo illustris viri domini comitis palatini Burgundie, quo primo utetur in villa de Pontallie, ut predicta majoris roboris habeant firmitatem. Huic autem solutioni, concordationi ac quitationi consenserunt et interfuerunt Vionetus frater meus, Johannes Chacet de Pontallye et Aubertus Musardi de Novo Castro et plures alii fide digni. In quorum omnium testimonium de laude et consensu predicti fratris mei, tradidi dicto presentes litteras sigillis

venerabilium virorum dominorum abbatis fontis Andree et capituli ecclesie Novi Castri lausannensis dyocesis ad preces meas sigillatas. Datum anno Domini MCCC, mense novembris.

CCXCV.

Etienne Chambiers dit Morel, de Salins, déclare qu'un accord fut fait entre Rollin, seigneur de Neuchâtel, et Bienvenue, juive de Pontarlier, au sujet d'une dette de ce seigneur envers celle-ci; qu'un à-compte avait été remis au créancier, et qu'en attendant le règlement du solde, Rollin paierait deux deniers d'intérêt par semaine.

MARDI APRÈS L'APPARITION MCCC. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux archives du Prince. F^s, n^o 22.

JE Estenes Chambiers dit Moreal de Salins fay savoir a tout ces qui verront et orront ces presentes lettres que acors est fait entre Rolin seignour de Nuefchasteal et la Bienvenue, juyve, feme cay en arriers a Savorez juif de Pontallie, sus tout les dez que li diz Rolins pour lui et pour ses devantiers dehust onques a dit Savorez et a la dite Bienvenue, en tel forme et en tel condition que per acort de lune partie et de lautre une lettre saelee dou seal a dit Rolin, dou seal Jeham seignour de Jouz et dou seal lo roy de France dou quel lom use a Pontallie, en la quel contient dous cent et trente livres estevenentes que li diz Rolins devoit a la dite juyve, des ques deniers ha paieez cent lib. mest comandee la dite lettre a garder, en tel forme que li diz Rolins dehanz lo dyemainche que lon chante Reminiscere prochainement venant doit doner a la dite Bienvenue une lettre de seipt vient lib. de moneie corsable et prenable en la contee de Burgoigne et en larcevechiez de Besencom, desquex seipt vient lib. les sexampte dix sunt a paier a la prochaine feste de saint Martin dyver venant et a lautre feste de saint Martin lam passez les autres sexampte dix lib. senz montes, jusques es termes devisez, et dois les termes en avant li diz Rolins doit paier chescune semaine dous deniers de montes pour chescune lib. saul ce que les dites plaiges ne sunt mie tenuz des montes, et doit estre de cel dit argent messi Gautiers de Montfacon sires de Willafent plaige, ou messi Jehans ses freres, ou messi Jehans de Chalom, et la dite lettre doit estre saelee dou seal lo roy de France douquel lom use a Salins ou a Pontallie et dou seal dou dit Rolin et dou celui qui sera plaige, et se ansi estoit que ce soit fait et ahyvez je doy et promet en bone foy a dit Rolin ou a son comandement rendre la lettre que jai en comande et se il ce ne menoit a perfectiom dehanz la dite dyemainche, il promet et est tenuz per som sairement donez corporement sus saint evangile danvoyer a Salins monsi Amey de Waltraver chevalier ou un autre de ses gentilz homes a cheval bons et loial, liquel per lo sairement dessus diz doit tenir hostaiges a Salins sent

pertir danqui devant Pasques venant ou tanque li diz Rolins ehust fait et acompliz les dites convenances dessus devisees, et se il ne les acomplissoit dehanz les dites Pasques, je li dit Estenes doy et sui tenuz rendre a la dite Bienvenue, les dites lettres que jai en comande saines et entieres en la force et en la value que eles estoient devant ces convenances en tel forme que des cent lib. que li dit Rolinz ha fait paiement, les cinquante lib. doivent estre rabatues et contees ou paiement de la dete qui contient en la dite lettre comandee et les autres cinquante lib. doivent estre a la dite Bienvenue pour costes, pour missions et pour domaiges dou temps passez sent jamais rapeler, et puet exploitier de sa lettre ansi come devant, et se ansi estoit que li diz Rolins acomploit les dites convenance, je li dit Estenes li doy rendre les lettres que jai en comande cancellees, en tel conditions que li diz Rolins doit doner a la dite Bienvenue une lettre de quittance saelee dou seal Jeham seigneur de Jouz ou dou seal son certain comandement tenant som leu que li diz Jehans ou ses diz comandement quitte la dite juyve et ses hoiers dou cheval que il havoit rendu de gaigne pour lo dit Rolin, et que il ne li en puet riens demander dois ores en avant, et se li diz Rolins ne puet doner ceste dite lettre, et il acomplissoit entierement les autres convenances dessus dites, celes acomplies la dite lettre li quel est en ma main en comande se doit canceler et doit remanoir a la dite juyve cancelle, et je la dite Bienvenue promet et hai promis per mon sairement donez sur la loy Deu donee per Moysem, de tenir et atendre pour moy et pour mes hoiers entierement les convenances dessus dites et devisees et que je ne vendrai encontre. En tesmoignaige de laquel chose, je la dite Bienvenue hay requis et fait mettre en ces terres lo seal dou dit Estenes Chambiers per lo quel les dites convenances sunt faites et accordees, et je li diz Estenes a la priere et a la requeste de la dite Bienvenue hai mis mon seal pendant en ces lettres en tesmoignaige de verte; faites et donees a Salins, lam mil et trois cent, le mardi apres laparitiom.

(¹) 10 janvier 1301.

CCXCVI.

Siège et prise de la Ville Neuve au Val-de-Ruz par le comte Rodolphe.

LE IV DES KAL. DE MAI MCCC. (¹)

Recueil du Chanoine anonime aux arch. du Prince. f° 2, v°.

A NNO Domini cccī Rodulfus comes et dominus Novi Castri obsedit Villam novam de valle Roduli, que capta fuit III kalend. maji.

(¹) 28 avril.

CCXCVII.

Frère Gérard, prieur du Vauxtravers, déclare que comme Amédée du dit lieu, chevalier, qui tenait en fief de son prieuré une maison située au Terraul, avait entouré cette maison de murs sans la permission de Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, qui ne voulait pas que personne possédât dans le vallon une forteresse s'il ne la tenait en fief de lui, il consent à ce que le dit chevalier tienne en fief lige cette maison forte avec son autre fief dépendant du seigneur Rodolphe.

LENDEMAIN DE LA NATIVITÉ DE LA VIERGE MARIE MCCC. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. B², n° 19.

Nos frater Gerardus humilis prior monasterii de Valle transversa notum facimus universis quod cum dominus Amedeus de Valle transversa, miles, a nobis et a prioratu nostro predicto hactenus tenuerit domum suam cum casali de Valle transversa, sitam in loco qui vulgariter appellatur Terral, unacum cum clauso suo adjacente et cum aliis appendiciis dicte domus circumadjacentibus in feodum et pro quinque solidis lausannensis monete nobis censualiter in festo beati Martini hyemalis annuatim persolvendis, et cum prefatus miles predictam domum muris et lapidibus edificaverit, et nobilis vir Rodolphus dominus Novi Castri advocatus noster temporalis non velit et non permittat aliquem habere aliquam munitionem seu castrum aut domum fortitudinis in dicta valle, nisi ab ipso teneatur in feodum, cum ipse habeat plenum dominium dicte vallis : nos inspecta diligenti utilitate monasterii nostri, et ne per nos seu per nostrum prioratum aliqua discordia oriatur, volumus et concedimus quod dictus miles dictam domum suam cum casali et clauso ac suis appenditiis undique a dicto domino Novi Castri reprehendat et teneat in feodum ligium cum alio feodo de quo est homo ligius predicti domini Novi Castri; que omnia predicto Rodulpho domino Novi Castri nomine nostro et prioratus nostri dedimus et tradidimus titulo permutationis pro octo jugeris terre site in territorio de Boverese de terra que vulgariter Masdoor appellatur, que octo jugera sita sunt subtus stratam publicam juxta casalia Roberti filii Guenin et Roleti dicti Curvillant, que octo jugera dictus miles de cetero a dicto prioratu nostro tenere debet in feodum et pro quinque solidis lausannensibus dicto prioratu nostro annuatim in festo beati Martini hyemalis censualiter persolvendis; que omnia supradicta dicto Rodulpho et suis heredibus pro nobis et pro successoribus nostris in dicto prioratu promittimus sub voto religionis nostre guerentire legitime contra omnes, nec contra veniemus per nos vel per alium in futurum. Arrenuntiamus autem in hac parte omni auxilio juris canonici et civilis, juri dicenti quod ecclesia semper fungitur jure minoris, juri que reprobanti gene-

ralem renuntiationem nisi precesserit specialis et omnibus aliis exceptionibus juris canonici et civilis quibus posset dicta permutatio annullari vel aliquatenus impediri. Ego vero predictus Amedeus miles de voluntate et mandato dicti prioris dictam domum meam cum suo casali et clauso atque suis appendiciis undique reprehendo per presentes a predicto domino meo Rodolpho domino Novi Castri, et confiteor eandem domum cum suis juribus et appendiciis predictis tenere et possidere in feodum ligium a predicto domino meo unacum alio feodo quod ab eodem teneo, ita tamen quod ex dicta domo dictus dominus meus possit facere guerram et pacem quocienscunque sibi placuerit contra omnes, omni exceptione juris et facti procul mota. In quorum omnium testimonium nos dictus prior et dictus miles sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini mcccī, in crastino natiuitatis beate Marie virginis.

(¹) 9 septembre.

CCXCVIII.

Guillaume, évêque de Lausanne, déclare que si Jean, co-seigneur d'Arberg, ne ratifiait pas, au terme fixé et comme l'avaient déjà fait ses frères, le traité de paix conclu entre eux et le seigneur de Neuchâtel, lui Guillaume payera à ce dernier deux cents marcs d'argent ou lui remettra le château de Valangin jusqu'au paiement de cette somme.

CINQUIÈME FÉRIE AVANT LA FÊTE DE LA NATIVITÉ DE LA VIERGE MARIE MCCCII. (¹)

Copie vidimée sur parchemin aux arch. du Prince. D, n° 57. 1)

Nos G., Dei gratia lausannensis episcopus, notum facimus universis quod cum intermiserimus nos ad concordandam seu pacificandam discordie guerram que vertebatur inter Rodulfum comitem et dominum Novi Castri consanguineum et fidelem nostrum, ex una parte, et Johannem, Uldricum atque Thetericum fratres de Harberc condominos de Valengins consanguineos nostros, ex altera, et cum dicti Uldricus et Thetericus fratres approbaverint, ratificaverint et confirmaverint omnia que continentur in tribus paribus litterarum, prout continentur in littera confecta super dicta ratificatione et confirmatione, que littera annexa est dictis tribus paribus litterarum, et cum predictus Johannes propter absentiam suam ad presens non possit ratificare et laudare, nos pro bono pacis quam inter dictas partes esse quamplurimum affectamus, si dictus Johannes omnia predicta, sicut continentur in dictis litteris prout dicti fratres laudaverunt et confirmaverunt eadem et simili cautione, infra proximum festum purificationis beate Maris virginis non confirmaret nec laudaret per patentes litteras suo sigillo sigillatas, promittimus ac promisimus bona fide predicto Rodulfo vel heredibus suis, dicto termino elapso, ad requisitionem dicti Rodulfi aut heredum suorum solvere ducentas marchas argenti boni et legalis vel

valorem, pro pena per nos et per dictos fratres Uldricum et Thetericum apposita pro dictis pactionibus et confirmatione a dicto Johanne observandis et persequendis, predicto Rodulfo seu heredibus suis vel castrum de Valengin eidem aut suis heredibus reddere tenemur, ita quod idem castrum teneant et possideant usque ad satisfactionem integram dictarum ducentarum marcharum vel valorem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini MCCCH, feria quinta ante festum nativitatis beate Marie virginis.

(¹) 4 septembre.

CCXCIX.

Guillaume, évêque de Lausanne, déclare que si Jean d'Arberg ne ratifiait pas les conditions de la paix conclue entre ses frères et Rodolphe, comte de Neuchâtel, et s'il entreprenait de les transgresser et de commettre des hostilités contre ce seigneur, il s'engageait à faire réparer les violences commises par lui ou ses aidants.

VEILLE DE SAINT MATTHIEU APOTRE ET ÉVANGÉLISTE MCCCH. (¹)

Copie vidimée sur parchemin aux archives du Prince. D, n° 57.

Nos G., Dei gratia lausannensis episcopus, notum facimus universis quod cum nos ad pacificandam guerram que vertebatur inter Rodulfum comitem et dominum Novi Castri consanguineum et fidelem nostrum, ex una parte, et Johannem, Ulricum et Thetericum de Harberc fratres condominos de Valengins consanguineos nostros, ex altera, laboraverimus et predicti Uldricus et Thetericus fratres dictam pacem observare promiserint et iuraverint et dictus Johannes propter absentiam suam ad presens non possit dictam pacem confirmare : si dictus Johannes dictam pacem non confirmaverit per suas patentes litteras sigillo suo sigillatas infra festum purificationis beate Marie virginis proxime venturum, nos dicto Rodulfo promittimus bona fide quod si dictus Johannes per se vel per alium dicto Rodulfo vel suis aut suis coadjutoribus aliquid foresfaceret a die confectionis presentium usque ad dictum festum vel ante traditionem dictarum litterarum confirmationis predicte emendare vel facere emendari dicto Rodulfo aut suis coadjutoribus supradictis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum in vigilia beati Mathei apostoli et evangeliste, anno Domini MCCCH.

(¹) 20 septembre.

CCC.

Naissance de Catherine, fille de Rodolphe, comte de Neuchâtel.

MCCCIII.

Recueil du Chanoine anonyme, du XV^{me} siècle, aux arch. du Prince. f° 2, v°.

A NNO Domini MCCCIII nata fuit domina Katerina filia Rodulphi comitis Novi Castri, cujus statua est inter principes in ecclesia Novi Castri.

CCCI.

Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, et ses oncles Jean et Richard, d'une part, et Jean, Ulrich et Thierry, frères, seigneurs de Valangin, d'autre part, déclarent que des débats s'étant élevés entre eux jusqu'à se faire la guerre, au sujet du plaid général, des royés et des fourches, ils ont nommé des arbitres pour les terminer.

JUILLET MCCCIII.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. D, n° 12.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Nos Rodolphus comes et dominus Novi Castri, Johannes prepositus ecclesie dicti loci et Richardus frater ejus patris dicti Rodulphi, ex una parte, et Johannes de Harberc, Uldricus et Thetricus fratres domini de Valengins ex parte altera, notum facimus universis presentibus et futuris quod cum contemptio et discordia inter nos partes predictas mota esset ex pluribus et diversis nostris petitionibus et querelis pro quibus dissensiones et guerras vicissim habuimus inter nos, de quibus inter nos et nostros choadjutores et valitores fuerunt dampna plurima irrogata, volentes et merito affectantes nostrum et nostrorum amicorum et convalitorum in hac parte futurum periculum evitare et evidentem utilitatem nostram et commodum ordinare, quelibet pars predicta nostrorum certificata primitus hinc et inde plenarie jure suo de universis et singulis supradictis que confitemur et recognoscimus specificata fuisse singulariter et particulariter per manus nobilium virorum Johannis domini de Jour et Petri de Blonay condomini Viviaci amicorum nostrorum a nobis partibus communiter electorum, ad bonam, firmam et perpetuam pacem venimus in hunc modum : videlicet ego Johannes de Harber condominus de Valengin, sciens, prudens et spontaneus, non vi, non dolo,

non metu inductus nec in aliquo circumventus, sed propria et libera voluntate nec non pro mea evidenti utilitate et comodo, ultra infra scripta designata et posita, habito et recepto justo pretio, secundum legis meritum, confiteor et recognosco me esse fidelem et hominem nobilis viri et potentis Rodulphi comitis et domini Novi Castri, domini et karissimi consanguinei mei et eidem homagium et fidelitatem fecisse, salva fidelitate serenissimi principis domini regis romanorum et venerabilis in Christo patris domini basiliensis episcopi; confitens insuper et recognoscens ego dictus Johannes pro me meisque heredibus a dicto domino meo Rodulpho comite et domino Novi Castri datum et concessum esse in perpetuum feodum placitum generale quod annuatim consuevit tenere in mense maji semel apud Novum Castrum de hominibus regalibus qui vocantur in romana lingua royez de valle Rodollii, quod placitum tenere possum et debeo annuatim in valle Rodolii modo quo supra secundum modum, usum et consuetudinem Novi Castri; recognosco insuper ego dictus Johannes de Harbere unacum placito supradicto cunctos regales homines meos supradictos ubicumque sint et in quocumque loco inveniantur sive moram fecerint, esse et fore debere de feodo dicti domini mei Rodulphi et eos de ipsius feodo recognosco. Item homines meos alios commorantes sive moram trahentes in terra sive baronia Novi Castri predicti vel qui illuc in dicta terra sive baronia in posterum contigerit pervenire ex nunc de feodo dicti domini mei Rodulphi esse recognosco, et volo hoc addito in clausula presenti, quod si aliquis vel aliqui de dictis meis hominibus in vallem Rodollii supradictam moraturi venirent, tunc predicti tales absoluti et quitti esse debent de feodo supradicto et mihi et dictis fratribus meis debent tunc dicti homines absque dato feodo remanere. Insuper recognosco jurisdictionem et dominium furcarum de valle Rodollii a dicto domino meo Rodulpho tenere in feodum, salvo jure in predictis furchis dicti basiliensis episcopi si quod in eisdem inveniretur evidenter habere; volo insuper et concedo ego dictus Johannes pro me meisque heredibus dicto Rodulpho domino meo pro se suisque heredibus in perpetuum stipulantibus, quod ipse Rodolphus, si contingeret, quod absit, quod guerra seu contentus moveretur inter ipsum Rodolphum dominum meum et serenissimum principem, regem romanorum vel gentes suas aut predictum episcopum basiliensem vel gentes suas de gentibus et hominibus meis regalibus et de aliis hominibus meis quos ab eodem Rodolpho domino meo in feodum teneo, juvare se possit, et ipsum dicti homines mei teneantur juvare contra premissos bene et fideliter sicut homines de feodo juvare tenentur dominum suum quotienscumque sibi vel suis opportunum fuerit et eos duxerit requirendum; promittens per juramentum meum et per stipulationem solemnem in predicto adjutorio impendendo, predicto domino Rodulpho in posterum nullum obstaculum imponere vel repulsam. Pro quibus omnibus et singulis supradictis firmiter et inviolabiliter observandis confiteor et recognosco pro me et meis heredibus habuisse et recepisse ultra donationem placiti supradicti mihi a dicto Rodolpho domino meo factam unacum regalibus hominibus et aliis supradictis, ducentas libras parvorum stephanensium usualis monete; quam quidem summam pecunie habuisse et recepisse et in evidentem utilitatem meam conversam et versam esse confiteor. Et nos predicti Rodolphus, Johannes prepositus et Richardus frater ejus volentes facere gratiam specialem karissimis consanguineis nostris predictis Johanni, Uldrico et Thetrico fratribus omnes

simul et quilibet nostrum promittimus per stipulationem solempnem homines eorum vel habitatores in terra eorundem non recipere nec recipi facere in burgenses nostros Novi Castri; et si, quod absit, immemores presentis concessionis essemus in posterum recipiendo in burgenses nostros ut supra de hominibus vel habitatoribus eorundem, illos tales receptos in burgenses eicere de burgensia predicta promittimus et tenemur. Nos vero jam dicti Rodulphus, Johannes prepositus et Richardus certificati particulariter, singulariter et generaliter de hominibus supradictis pro nobis et heredibus nostris dictis fratribus Johanni, Uldrico et Theterico dominis de Valengins, pro se et suis heredibus stipulantibus promittimus per juramentum nostrum et sub obligatione omnium bonorum nostrorum presentium et futurorum, omnia et singula supradicta attendere et inviolabiliter observare et contra premissa vel aliquid premissorum per nos vel per alium in futurum non veniemus nec consentiemus alicui contra venire volenti. Nos autem predicti Johannes, Uldricus et Thetericus fratres de Harberc domini de Valengin pro nobis et heredibus nostris, per juramentum nostrum et sub obligationem omnium bonorum nostrorum et specialiter feodi supradicti, certificati de jure nostro in omnibus et singulis supradictis eisdem singulariter et universaliter, consentimus premissa omnia quantum melius possumus de jure et consuetudine approbantes et contra premissa vel aliquid de premissis stipulatione premissa vel contra presens instrumentum per nos vel per aliquem loco nostri non veniemus ullo modo vel causa in posterum nec consentiemus alicui contravenire volenti, sed omnia et singula supradicta per stipulationem solempnem promittimus nos simul et quilibet nostrum in solidum dicto Rodulpho et suis heredibus modo quo supra manutenere, deffendere et guerentire contra omnes in judicio et extra nostris propriis sumptibus et expensis et sub obligatione feodi supradicti et sub pena pecunie prelibate, que pena soluta vel non, omnia et singula supradicta volumus nichilominus inviolabiliter observare. Renuntiantes in hac parte donationi premissa non facte, et pecunie non numerate et in utilitatem propriam non converse, doli mali, conditioni indebite, sine causa, cause ingratitude et justii pretii non habiti et non recepti, et omnibus aliis exceptionibus, privilegiis et litteris juris et consuetudinis nobis vel nostris in premissis vel in aliquo premissorum patrocinium vel auxilium conferentibus per quod presens instrumentum posset in aliquo violari. In quorum omnium premissorum testimonium, nos predictus Rodulfus comes et dominus Novi Castri, Johannes prepositus et Richardus frater ejus, ac Johannes et Uldricus condomini de Valengins pro nobis et pro Theterico fratre nostro, quia proprium sigillum non habet, sigilla nostra propria presentibus litteris duximus apponenda. Et ego dictus Thetericus sigillis dictorum fratrum meorum Johannis et Uldrici una cum sigillis sequentibus in hac parte sum contentus. Et insuper nos prenominati Rodulphus comes et dominus Novi Castri, Johannes prepositus et Richardus atque Johannes de Harberc, Uldricus et Thetericus fratres rogavimus venerabilem virum dominum officialem curie lausannensis et nobiles viros predictos Johannem dominum de Jour et Petrum de Blonay condominum Viviaci ut sigilla sua presentibus litteris velint apponere ad majorem firmitatem. Nos autem dictus officialis sigillum curie lausannensis et nos dicti Johannes dominus de Jour et Petrus de Blonay sigilla nostra ad preces et instanciam omnium prenominatorum

utriusque partis generaliter et specialiter presentibus litteris duximus apponenda. In testimonium veritatis omnium premissorum. Datum et actum mense julii, anno Domini MCCIII.

CCCII.

Traité par lequel Rodolphe, seigneur de Nidau, et Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, partagent quelques possessions qu'ils avaient encore en commun et gardent par indivis l'avouerie de Saint-Jean.

SECONDE FÉRIE APRÈS LA TOUSSAINT MCCIII. (1)

Copie sur papier non vidimée aux archives du Prince. M^s, n° 17.

Nos Rodulphus dominus de Nidoe et Rodulphus dominus Novi Castri pro me et pro dilectis meis patruis domino Johanne preposito Novi Castri et Richardo fratribus, notum facimus universis quod cum discordia verteretur inter nos pro eo quod pax inita inter nos seu predecessores nostros per nobiles viros dominum Henricum quondam dominum de Jou et dominum Conradum quondam dominum de Waneswile milites ad plenum non fuit inter nos hactenus observata, nos mediantibus nobilibus viris domino Ulrico domino de Porta et fratre Burckardo commendatore de Busse, domino Amedeo de Valle traversa, militibus, et Renaldo de Columberio domicello, ad pacem firmam et concordiam devenimus in hunc modum, videlicet quod pax predicta prout continetur in quadam littera super dicta pace confecta sigillo dicti domini Henrici sigillati inter nos et heredes nostros in perpetuum observetur, cujus littere tenor talis est : (2)

Hoc addito ad dictam pacem quod advocatia et defensio abbacie herlacensis nobis dictis partibus et heredibus nostris communis remanet sicut nunc est et existit temporibus retroactis. Volumus insuper et concedimus nos dictus Rodulphus dominus de Nidoe pro nobis et heredibus nostris, quod dictus Rodulphus dominus Novi Castri et patruis sui supradicti ac heredes sui et gentes eorum omnes possessiones et tenementa quas usque ad diem confectionis presentium habuerunt ab aqua que dicitur Monea que per ante villam de Champion fluit in Telam insupra versus Novum Castrum et lacum Novi Castri in futurum possideant pacifice et quiete; hoc excepto quod animalia hominum nostrorum de Champion possunt pascere supra pascua eorum ultra dictam aquam Monea absque damno alicui faciendo et animalia gentium dictorum consanguineorum nostrorum Rodulphi et patruorum suorum, videlicet de ponte Tele possunt pascere super pascua nostra citra limitationes predictas versus terram nostram absque damno alicui faciendo. Promittentes per juramentum nostrum pro nobis et heredibus nostris quod infra terminos predictos videlicet a dicta aqua Monea insupra versus Novum Castrum et lacum Novi Castri munitonem aliquam non faciamus per nos vel per alium, nec aliquid innovabimus vel innovari

faciemus in futurum. Nos vero dictus Rodulphus dominus de Nidoe pro nobis et nostris heredibus ac ego dictus Rodulphus dominus Novi Castri pro me et pro dictis patris meis ac heredibus meis per juramenta nostra omnia predicta promittimus inviolabiliter observare. In quorum omnium testimonium sigilla nostra unacum sigillis religiosi viri fratris Burcardi commendatoris de Busse et nobilis viri domini Ulrici domini de Porta predictorum apponi fecimus huic scripto; nosque frater Burcardus et Ulricus dominus de Porta ad preces dictarum partium sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum feria secunda post festum omnium sanctorum, anno Domini MCCIII.

(¹) 2 novembre.

(²) Voyez plus haut l'acte cxcvii, du jeudi après la résurrection N. S. MCCLXXVII.

CCCIII.

Le chapitre de Neuchâtel concède sous diverses conditions, à Amédée Girardons, chanoine du dit lieu, une certaine place située entre le tertre du donjon et le cloître et derrière le cloître, avec tout édifice qu'il pourrait y construire.

SAINT THOMAS APOTRE MCCIII. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. H¹⁰, n^o 6.

Nos capitulum ecclesie Novi Castri notum facimus universis quod nos evidenti utilitate nostre ecclesie pensata, pro nobis et successoribus nostris nomine ecclesie nostre concessimus perpetuo domino Amedeo Girardons concanonico nostro, quamdam plateam sitam inter motam dou dojon et claustrum et retro ipsum claustrum cum omni edificio ibi ab eodem facto seu faciendo, tali forma quod dictus Amedeus super dictis platea et edificiis procimis irrevocabiliter assignavit ecclesie nostre pro suo anniversario faciendo quinque solidos lausannenses censuales post decessum ipsius ecclesie nostre annuatim persolvendos cum sex denariis ejusdem monete super ipsa platea antea assignatis, quos sex denarios tenebitur deinceps persolvere annuatim dictus Amedeus. Et est additum quod dictus dominus Amedeus ante mortem suam quotienscunque sibi placuerit vel viderit expedire, potest super ipsum edificium et plateam assignare pro suo testamento seu pro alioquoque sibi placuerit viginti quinque libras lausannenses in manus cujuscunque persone sibi placuerit, salvis dictis quinque solidis lausannensibus et sex denariis ecclesie nostre persolvendis annuatim, ita tamen quod dictus Amedeus dictam assignationem dicti edificii et platee non debet seu potest facere in manu laycali. In cujus rei testimonium nos, predictum capitulum, sigillum nostrum huic scripto duximus apponendum. Datum in festo beati Thome apostoli, anno Domini MCCIII.

(¹) 21 décembre.

CCCIV.

Nicolas, fils de Julien d'Estavayer, déclare qu'ayant levé des gages sur les gens de l'évêque de Bâle, et conduisant ces gages par la baronie et terre de Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, celui-ci l'avait arrêté et fait prisonnier, mais qu'ayant ensuite été rendu à la liberté avec tous ses effets, il promet sous caution de ne point se venger de sa captivité.

SAMEDI APRÈS LA CIRCONCISION DE NOTRE SEIGNEUR MCCCH. (1)

Original sur parch. aux arch. du Prince. N^o, n^o 16.

EGO Nicholaus filius Jullien de Staviaco, notum facio universis quod cum ego gentes episcopatus basiliensis vadiassem pro quibusdam actionibus quas contra ipsas habere intenderemus, et cum ego dicta vadia ducendo per baroniam et terram nobilis viri Rodulphi comitis et domini Novi Castri, ab eodem Rodulpho et gentibus suis detentus et captivatus fuisset, ego postmodum non vi, non dolo ductus, non detentus, nec circonventus, sed totaliter absolutus et gaudens segura et plena libertate, pro bono pacis facte inter dictum Rodulphum et gentes suas ex una parte et me ex altera, promitto et promisi solempni stipulatione ac iuramento meo super sancta Dei evangelia corporaliter prestito, dictum Rodulphum et gentes suas aut aliquem ipsorum occasione dicte captionis mee seu alia occasione quecumque sit de toto tempore preterito usque ad diem confectionis presentium, non dampnificabo nec eisdem aliquatenus dampna inferam, clam vel palam, per me vel per alium in futurum; neque occasione dictarum actionum gentes reverendi in Christo patris domini episcopi basiliensis per baroniam seu per terram predicti Rodulphi domini Novi Castri aliquatenus vadiabo neque dampna eisdem inferam nomine meo per me vel per alium in futurum. Et super universis et singulis predictis attendendis et firmiter observandis, nos Petrus filius quondam Humbertus de sancto Martino, Johanodus Jaquinodi, Petrus dictus chivalier et Willelmus dictus Warmondens burgensis de Staviaco, ad preces dicti Nicholai propria et spontanea voluntate nostra, non vi, non dolo nec metu ducti, in manu dicti Rodulphi domini Novi Castri et heredibus suorum, nos et heredes nostros fidejussores constituimus, ponimus et obligamus, sub tali pactione, quod si predictus Nicholaus, quod absit, dicto Rodulpho vel gentibus suis aut gentibus dicti domini episcopi basiliensis, per dictam baroniam vel terram dicti Rodulphi prout dictum est aliquid forefaceret vel dampna inferret in rebus vel personis, nos dicti fidejussores, scilicet quilibet nostrum pro quarta parte, tenemur et promittimus per juramentum nostrum super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum dicto Rodulpho et gentibus suis ac gentibus dicti domini episcopi basiliensis per dictum dominum Rodulphum dicta forefacta et dampna plenarie et totaliter emendare vel facere emendari, aut dictum Nicholaum dicto Rodulpho vel mandato ejus reddere tenemur

captivum in villa Novi Castri, quo captivo reddito, a dicta fidejussione et obligatione absoluti erimus et immunes, promittentes juramento quo supra quod contra predicta seu aliquid de predictis sive contra presens instrumentum non veniemus aliquatenus in futurum. Abrenuntiamus autem in hoc facto juri dicenti primo debere conveniri principalem debitorem quam fidejussorem, et omnibus aliis exceptionibus juris canonici et civilis que contra dictam obligationem seu presens instrumentum possent de jure, de facto seu de consuetudine aliquatenus obici vel opponi, juri que reprobanti generales renunciaciones nisi precesserint speciales. Ego autem prelibatus Nycholaus abrenuntio in hac parte juri dicenti quod ea que fuerint animo evadendi non obligant promittentem, licet gaudeam plenaria libertate, et omnibus aliis exceptionibus supradictis quibus predicti fidejussores mei abrenuntiaverunt, abrenuntio penitus et expresse. In quorum omnium testimonium ego jam dictus Nycholaus et nos prenominati fidejussores sigillum nobilis viri Renaldi, condomini Staviasci, una cum sigillo domini Petri curati dicti loci presentibus litteris rogavimus et fecimus apponi. Nos autem prefati Renaldus et Petrus curatus ad preces predicti Nicholai et predictorum fidejussorum suorum sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum sabbato post circoncisionem Domini nostri Jhesu Christi, anno ejusdem Domini MCCCIII.

(¹) 4 janvier 1304.

CCCV.

Le comte Renaud de Bourgogne et sa femme la comtesse Guillemette de Neuchâtel, fille d'Amédée, seigneur du dit lieu, donnent entre vifs à messire Wauthier de Montfaucon, la ville de Goumoens sur Doubs.

MAI MCCCIV.

Cartulaire de la maison de Montfaucon aux archives du Prince. Page 60, n° 112.

Nos Renauz de Bourgoigne cuens et Guillame de Nuefchastel sa feme, contesse de Mombeliart, facons savoir a touz, que nos considerez les bons servises que nostre biens amez et feials coisins messires Wautiers de Monfaucon nos a faiz, avons dene et per cause de pure et parfaicte donation entre vis baillie et delivre franchement sanz riens retenir pour nos et pour nos hoirs permaignablement, a dit monseigneur Wautier present et retenant pour lui et pour ses hoirs, nostre ville de Goumoens assise sur la reviere de Doub pres de Meches, ensamble les appertenances et appandises de la dicte ville sanz rienz retenir, desquelx choses nos nos sumes desvesti, et le dit monseigneur Wautier en avons investi et mis en veraie et corporel possession, et lavons fait de ce procurour en la soe chose, et li avons promis et promettons en bone foy que nos ne venrons contre ceste denation ne consentirons que autres y veigne; et nos cuens dessus diz qui loons et confermons la donation faite

par la dite contesse et y mettons nostre auctorite, et nos contesse dessus dicte, de l'autorite dou dit conte nostre biem amei seignour, en tesmoignage de ces choses, avons mis noz seals pandenz en ces lettres, qui furent faites ou donees ou mois de maiz, lam de grace mil trois cenz et quatre.

CCCVI.

Déclaration relative aux droits du plaid que le prieur du Vauxtravers avait coutume de tenir tous les ans à Boudevilliers.

VENDREDI APRÈS LA TRINITÉ MCCCIV. (1)

Copie sur papier non vidimée aux arch. du Prince. B^u, n^o 1.

Nos abbes de Fontanandre, frere Jehans priour de Bevaz, frere Fromonz priour de Corsalles, et Renauz curez de Engolom, facons savoir a tout que nos, lan de lencarnation nostre Seignour en MCCC et IV, le venredi apres la Trinite, en may, feumes ou Vaud de Rue en la ville de Budevillier et sisimes out plat que le priour de Vatraver ad acustume de tenir et oymes le rapors que ly jures dou plat firent avoit les proudomes dou plat, li qui rapors fut tes, que li priour et li sire de Valengins qui est avoier dou plat deivent per chascum an tenir au Vaul de rut le plat que on apelle plait de sem Piere, le venredi apres de ce que on ad tenu le plat vie a Nuefchastel, et le deivent tenir dux an lum apres lautre en Esser, et le tier an ensuigant a Boudevillier, ouque plat deiyent seigre cil qui tient les prei sem Piere oudit Vaul, quelque il soit, porquoy il en tienet, tant que on i puisse semer rase emine de chevenaz, et il deivent fare droit et prendre droit per le priour et per lavoier ou per lur comandeman, et li dit priour et li avoier et li jures hont acustume de mengier ensemble sur les clanmes que on il fat, de que clanmes om doit paier le depans se tant en y ot, et se il hat riens de remenans, li priour en doit avoyr lex dues parties et li avoier la tierce; et se le clanme ne puent paier le despens dou remenant dou despens, doit paier li priour les dues partie et li avoier la tierce; et quant li plet est leves, et li priour et li avoier ou lour comandeman deivent fare vier les pasquies et les parties de Boudevillier et de Esser; et si ensy estoit que nul droit ne nul clanmes se fissin em la vieson de pasquies ele deivent estre a lavoier per la raison des pasquiers et de lavoier, et li priour ni doit prendre fuer que es parties es que il prent les dues pars et li avoier la tierce; et si aucuns estranges vient demore au vaul, il ni doit estre mas que per lavoier et li avoier doit estre sires des cors de aigues et de noire jours, de la fontanne de nuers bois per le sentier de Guinens, per le Douz, per le Gudevaz, et per la chaul de Estaleres; et si fair cri vinet ou vaul, tui cil qui demorent ou val deivent segre le sygnur de Valengins de quelque signorage que il soit, et cil qui ne le sudroit doit le manda et se y fut raporte que des le for de Miges tant que

a Lorgere, doivent pasture les bestes si vul sus les autre, sen damage fare. Et por oir ce rapors i fuimes apele dudit signur de Valengim, et si il fut Hugues de Granccon, Habers Musar, ses freres, Jehan li monniers, et avuet sil Robertet borgois de Nufchastel avoit le jures et les autre prudome du plat. En temoignaige de laquelle chose, nos li devan dit abbes et priour et cure avons mis nostre see en cest presente letre lan et le jour dessus dit.

(¹) 29 mai.

CCCVII.

Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, déclare que de grands débats s'étant élevés entre lui et ses oncles Jean et Richard, d'une part, et Jean, Ulrich et Thierrri d'Arberg ses cousins, d'autre part, plusieurs traités d'accommodement furent conclus, mais qu'il ne reconnaît comme valable que le dernier, soit celui qui procura la paix par l'arbitrage du seigneur de Joux et de Pierre de Blonay.

VENDREDI AVANT MARIE-MADELAINE MCCCIV. (¹)

Copie vidimée sur parchemin aux arch. du Prince. D, n° 20.

EGO Rudolffus comes et dominus Novi Castri, notum facio universis, quod cum super pluribus controversiis inter me et patruos meos Johannem prepositum et Richardum canonicum Novi Castri, jam dudum ex una parte habitis, et nobiles viros dilectos consanguineos meos Johannem de Arberg, Ulricum et Thetricum fratres, ex altera, plures fuerint facte littere usque ad confectionem ultime littere pacis nostre, que sigillata est sigillo meo, cum sigillis dilectorum patruorum meorum Johannis prepositi et Richardi, Johannis et Ulrici de Arberg condominorum de Valengins, domini officialis lausannensis, domini Johannis, domini de Jour, et Petri de Blona condomini Viviaci, ipsas litteras ante confectionem dicte ultime littere factas quantum ad dictos consanguineos meos et eorum heredes nullas pronuncio, et quantum ad ipsos volo quod in futurum nullius sint penitus firmitatis, dictam vero ultimam litteram predictis sigillis sigillatam volo perpetuo in suo robore permanere. In cujus testimonium sigillum meum cum sigillo venerabilis capituli Novi Castri duxi litteris presentibus apponendum. Nos autem dictum capitulum sigillum nostrum cum sigillo predicti Rudolffi comitis et domini Novi Castri ad ipsius instanciam apposuimus huic scripto. Datum anno Domini MCCCIV, die veneris ante festum Marie Magdalene.

(¹) 17 juillet.

CCCVIII.

Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, pour lui, ses hoirs et ses aidants, promet qu'il ne fera aucun tort ni dommage à Jean de Châlon, comte d'Auxerre et seigneur de Rochefort, pour l'emprisonnement que celui-ci avait fait subir à Renaud, comte de Montbéliard, mari de Guillemette de Neuchâtel, sœur de Rodolphe.

MCCC.V.

Original sur parchemin aux archives de la préfecture du Doubs. Papiers Châlon.

Nos Ros, seigneur de Neufchastel, faisons savoir a touz que nos, pour nos et pour noz hoirs et pour noz aidanz, promettons an bone foy et par nos sairemanz dones corporellement sur sainz evangiles, que nos ne tiendrons ne ferons domaige ne vilenie, ne injure, per nos ne per autrui, a celey, ne en apart, a noble baron Jehan de Chalon, conte de Aucehurre et seignour de Rouchafort, a ses hoirs, a ses aidanz, a ses homes, a ses conseillers ne a sa terre, an nule maniere pour raison ne pour oychoison de la prison Renaut, conte de Mombeliart; ne porchacerons, ne procurerons que maus ne domaiges li soient pour la cause dessus dite jamais faiz. Et se le diz coens de Mombeliart ou sui hoir voloient faire lou contraire, que jai ne soit, nos promettons per noz diz sairemanz que nos lou destorberions de notre pooir. En tesmoignaige de laquel chouse nos havons mix nostre seals an cex presentes lettres faites et donnees en lan mil trois cenz et cinq.

CCCIX.

Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, pour lui et ses oncles Jean et Richard, fait avec la ville de Bienne une alliance jurée essentiellement contre les gens de Cudresin et d'Estavayer.

TROISIÈME FÉRIE AVANT LA NATIVITÉ DE SAINT JEAN-BAPTISTE MCCCVI. (1)

Original sur parchemin aux archives de la ville de Bienne, ccr, n° 48.

Nos Rodulphus comes et dominus Novi Castri pro nobis et patris nostris, domino Johanne preposito et Richardo fratribus et gentibus nostris, et nos villicus consules et communitas burgensium de Bielle, notum facimus universis quod nos inter nos ad invicem ivimus, facimus et fecimus confederationem firmam et bonam per quinquennium consequens et continuum duraturam, in die confectionis presentium in-

choandam, sub pactionibus et conditionibus infrascriptis, videlicet quod nos Rodolphus comes et dominus Novi Castri predictus, dictum villicum et dictam communitatem burgensium de Bielle tenemur et promittimus solempni stipulatione, juramentoque nostro interposito, juvare propriis sumptibus contra castellanum et castellaniam de Cudrifino ac contra universitatem burgensium dicti loci et contra suos fautores et choadjutores universos atque contra dominos de Staviaco burgenses dicti loci et fautores et choadjutores suos universos, quocienscunque a dictis confederatis illis de Bielle fuerimus requisiti, dummodo illi de Cudrifino predicti et de Staviaco recusarent dictis villico et burgensibus de Bielle de suis petitionibus, actionibus et calumpniis per nos justiciam facere vel amorem; hoc addito in predictis, quod si nos de nostris petitionibus, actionibus et querelis pacem seu concordiam faceremus cum illis de Cudrifino vel de Staviaco, predictis petitionibus, actionibus et calumpniis predictorum confederatorum de Bielle nostrorum inconcordatis et impacificatis remanentibus, predicti confederati nostri pacem et securitatem debent habere una nobiscum ab illis de Cudrifino et de Staviaco et suis fautoribus et choadjutoribus universis, salvis suis petitionibus, actionibus et calumpniis predictis loco et tempore competenti petendis, ita tamen quod quotienscunque et quandocunque eos voluerint petere et inde guerram seu litem facere contra predictos de Cudrifino et de Staviaco, nos eisdem debemus et tenemur ad requisitionem eorum propriis nostris sumptibus dare consilium, auxilium et favorem, nisi per nos eisdem vellent justiciam facere vel amorem, sicut jam superius est expressum. Nos autem supradicti villicus et communitas burgensium de Bielle dictum dominum Rodolphum comitem et dominum Novi Castri, patuos suos et gentes suas, contra predictos de Cudrifino et de Staviaco fautores et choadjutores suos quoscunque tenemur et promittimus solempni stipulatione juramentoque nostro interposito, juvare cum ab eo fuerimus requisiti nostris propriis sumptibus durante quinquennio supradicto, hoc etiam addito in predictis, quod si nos de nostris petitionibus pacem seu concordiam faceremus cum illis de Cudrifino vel de Staviaco predictis petitionibus et actionibus dicti domini Rodulphi comitis inconcordatis remanentibus, dictus comes pro se et suis pacem et concordiam debet habere nobiscum ab illis de Cudrifino et de Staviaco ac suis fautoribus et coadjutoribus universis salvis suis petitionibus et actionibus supradictis loco et tempore competenti petendis, ita tamen quod quotienscunque et quandocunque eas voluerit petere et inde guerram seu litem facere, nos eidem debemus et tenemur propriis nostris sumptibus dare consilium, auxilium et favorem. Preterea est sciendum quod nos predictus Rodolphus comes et dominus Novi Castri, pro nobis et patuis nostris predictis, predictis amicis et confederatis nostris de Bielle, promittimus stipulatione et juramento quibus supra, quod nos pro posse nostro, omni fraude et dolo procul motis, non permittemus per districtum et terram nostram ipsis aut eorum villicationi adherentibus dampnum aut injuriam a quocumque inferri quinquennio predicto durante, sed eos et bona eorum pro viribus nostris observabimus bono modo, et si quis per terram aut districtum nostros vellet transitum facere ad dampnum eisdem inferendum cui non possemus vel deberemus transitum prohibere, nos ipsos quantumcumque poterimus debemus denunciatione premunire durante termino supradicto. Nos autem predicti villicus

et communitas burgensium de Bielle promittimus juramento et stipulatione quibus supra, predicto domino Rodulpho comiti et patris suis, quod nos pro posse nostro, bono modo, omni fraude et dolo remotis, non permittemus per dictum quinquenium eisdem aut gentibus suis per districtos nostros et terram reverendi in Christo patris domini episcopi basiliensis domini nostri a villa de Bienne superius versus sanctum Mauricium de Nyruyl, dampnum et injuriam a quocumque inferri, sed eos et bona eorum observabimus pro viribus nostris bono modo, et si quis per dictos districtos et terram vellet transitum facere ad eisdem dampnum inferendum cui non possemus nec debemus transitum prohibere, nos eosdem debemus denuntiatione quantumcumque poterimus premunire. In quorum omnium testimonium nos predictus Rodulphus comes, pro nobis et dictis patris nostris, et nos dicta communitas de Bielle, pro nobis et nostro villico, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum feria tertia ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini MCCCVI.

(¹) 22 juin.

CCCX.

Pierre, seigneur de Vauxmarcus, domzel, reconnaît tenir en fief lige, jurable et rendable, de Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, son château de Vauxmarcus avec le bourg et tout ce qui en dépend, plus la ville de Vernéaz et le lieu appelé Longeron, puis il engage cette terre au dit seigneur pour une somme qu'il en avait reçue; enfin comme le château de Vauxmarcus et le bourg tombaient en ruines, il le supplie de les faire rebâtir ou réparer.

JUILLET MCCCVI.

Copie sur papier dans un cahier non vidimé. H⁴, n° 12, 24).

EGO Petrus dominus de Valmercuy, domicellus, notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod ego non vi, non dolo nec metu ductus, sed sciens et spontaneus, ac in sana memoria constitutus, inspecta utilitate mea in hac parte non modica, castellum meum de Valmercuy cum suo receptaculo, burgulo et pertinenciis et appendenciis universis dicti castri et burguli circum adjacentibus, tam in hominibus servis et liberis, quam in terris, campis, pratis, casalibus, ochiis, arboribus, censibus, aquis, nemoribus, usamentis, usibus et consuetudinibus, et villam dictam Vernea et locum dictum Longeron superius, cum suis omnibus pertinenciis et appendenciis, in hominibus, terris, pratis, nemoribus, redditibus, censibus, arboribus, que omnia ab illustro viro karissimo domino meo Rodolpho domino Novi Castri et a suis predecessoribus hucusque teneo et tenui et me tenere confiteor in feodum ligium, jurabile et reddibile, eidem domino Rodulpho et heredibus suis pro me et

heredibus meis, titulo pignoris et nomine gagerie obligo et obligavi prout melius possum et potui pro sexcies viginti libris lausannensis monete bone cursalis et legalis, quas sexcies viginti libras lausannensis monete confiteor me recepisse et habuisse a dicto domino meo ob dictam obligationem in bona pecunia legitime numerata, quam pecuniam confiteor in utilitatem meam non modicam et in solutionem debitorum meorum totaliter esse versam. Devestivi etiam et devestio me et heredes meos de dicto castello de Valmercuy cum suis pertinenciis predictis de villa de la Vernea et dou Longeron cum suis appendenciis supradictis omnibus, et dictum dominum meum dominum Rodulphum dominum Novi Castri et heredes suos titulo pignoris et nomine gagerie corporaliter investivi et investio de eisdem, volens et annuens quod omnia predicta pacifice et quiete teneat, possideat et inde gaudeat idem dominus meus Rodulphus aut heredes sui, quousque a me vel heredibus meis de predictis sexcies viginti libris lausannensis monete absque aliqua remissione, nisi de sua processerit voluntate, predicta gageria redimatur. Preterea cum predictum castellum cum suo burgulo pene sit lapsum et edificio ac bastimento valde indigeat, volo et annuo ego predictus Petrus et insuper per presentes deprecor et requiro dominum meum predictum, quod ipse dictum castellum cum suo burgulo reedificet et in melius instauret secundum quod sibi placuerit et sibi viderit expedire. Ita tamen quod ego aut heredes mei quandocumque dictam gageriam redimere voluerimus et poterimus, antequam redimatur, tenemur et debemus solvere eidem domino Rodulpho aut heredibus suis omnes expensas et missiones quas ipse vel ejus heredes fecerint in reedificando et instaurando dictum castellum cum suo burgulo in bona pecunia monete tunc currentis ad respectum et dictum latomorum et carpentatorum ab ipso domino Rodulpho et a me tunc eligendorum. Promitto siquidem et promisi solempni stipulatione ac juramento meo super sancta Dei evangelia corporaliter prestito, quod contra predictam gageriam seu contra presens instrumentum aut contra predicta seu aliquid de predictis non veniam per me vel per alium in futurum, sed prefato domino Rodulpho et heredibus suis ego et heredes mei erimus de predictis rebus impignoratis verentes legitimi, sicut decet, quousque a me vel heredibus meis integre redimatur. Arrenuncio autem in hoc facto exceptioni non numerate, non recepte, non habite pecunie, doli mali et in factum, juri dicenti deceptis et non decipientibus jure debere subveniri, omni juri et omni auxilio legum, juri reprobanti generales renuntiationes nisi precesserint speciales et omnibus aliis exceptionibus juris canonici et civilis et omnibus consuetudinibus patrie quibus posset dicta obligatio impediri vel aliquatenus perturbari. In cujus rei testimonium ego prefatus Petrus sigillum venerabilis capituli ecclesie Novi Castri unacum sigillo viri religiosi prioris de Bevas, litteris presentibus supplicavi apponi; et nos prefatum capitulum ecclesie Novi Castri et prior de Bevas, ad preces et requisitionem dicti Petri domini de Vauzmercuel, sigilla nostra huic scripto duximus apponenda. Datum anno Domini MCCCVI, mense julii.

CCCXI.

Jean de Neuchâtel, prévôt de l'église du dit lieu, fait une déclaration sermentale sur la teneur de la sentence arbitrale que rendit autrefois Thierry, comte de Montbéliard, au sujet du différend qui s'était élevé entre Amédée et Henri de Neuchâtel, ses frères, et leurs sœurs Agnès et Marguerite, à l'occasion du partage des biens qu'ils tenaient de leur frère Ulrich ⁽¹⁾. Jacques dit Brun, chevalier, qui avait été présent à ces partages, fait une semblable déclaration.

AOUT MCCCVI.

Original sur parchemin aux archives du Prince. J^s, n^o 12.

Nos Johannes de Novo Castro, prepositus ecclesie dicti loci, notum facimus universis, quod cum olim discordia mota esset inter fratres nostros Amedeum et Henricum bone memorie dominos Novi Castri et sorores nostras Agnetem et Margaritam, super portionibus, divisionibus et partibus hereditatum suarum, quod dicti fratres et sorores super dictis partibus et divisionibus faciendis compromiserunt in illustrem virum dominum Thetericum felicis recordationis comitem Montisbeligardi avum nostrum, qui predictus comes avus noster dictum compromissum in se suscipiens de consilio illustris viri domini Amedei fratris sui felicis memorie domini Montisfalconis et aliorum quamplurimorum virorum discretorum, nobis presentibus et pluribus aliis fidedignis et de consensu et voluntate nostrorum predictorum fratrum et sororum, ordinavit, fecit et disposuit dictas partes et divisiones in hunc modum: videlicet quod predicti fratres nostri Amedeus et Henricus habuerunt partes suas et divisiones prout quilibet ipsorum tenuit et possedit usque ad diem obitus sui, ita tamen quod dictus Henricus qui junior erat intravit in homagium ligium dicti Amedei primogeniti pro tota hereditate et parte sua. Dicte vero sorores nostre Agnes et Margarita habere debuerunt mille libras lausannensis monete pro partibus et portionibus suis, pro quibus mille libris eisdem traditum fuit et deliberatum nomine gagerie castrum de Boudri et terra dicta Coste, exceptis feodis nobilium et vineis, et quicquid dicti fratres habebant in valle Rodoli, tam in hereditate, quam in gageriis, eisdem sororibus nostris unacum dicto castro de Boudri et dicta terra nomine gagerie supradicte, tali conditione, quod dicti fratres aut eorum heredes masculi vel masculus tantum, dictam gageriam poterant et debebant redimere de dictis m. libris lausannensibus a dictis sororibus quotienscumque possent et sibi viderent expedire; predictae vero sorores dictam gageriam receperunt et acceptaverunt pacifice et sine aliqua contradictione prout superius declaratur et eandem fere per xxviii annos possederunt. Hec omnia predicta in verbo veritatis et per juramentum nostrum super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum dicimus, confitemur et testifica-

mur esse vera et sic locuta et facta fuisse. Et ego **Jacobus** dictus **Brons**, miles, notum facio universis quod ego tunc cum domino preposito predicto et cum aliis pluribus fidedignis coram domino comite **Montisbeligardi** presens fui in dictis partibus et divisionibus factis, que, prout superius declarantur, dico, confiteor et testificor per juramentum meum corporaliter super sancta Dei evangelia prestitum, esse vera; hoc addito in predictis, quod dictus comes tunc nolebat dictis sororibus castrum de **Boudri** deliberare cum dicta terra, sed volebat eas esse contentas de dicta terra nomine **gagerie** sine castro; sed ego et quidam alii qui de consiliariis dictarum sororum eramus, procuravimus et fecimus erga dictum comitem quod dictum castrum de **Boudri** eisdem fuit traditum cum dicta terra, nomine **gagerie**, quod castrum et quam terram sic receperunt acceptando nomine **gagerie** prout superius a dicto domino preposito est narratum. In quorum omnium testimonium, nos dictus prepositus et dictus **Jacobus** miles, sigilla venerabilis capituli ecclesie predictae **Novi Castri** et domini **Willermi** curati dicti loci, una cum sigillo nostro dicti prepositi, presentibus litteris rogavimus et fecimus precibus nostris apponi. Datum anno Domini **MCCCVI**, mense augusti.

(¹) Voyez l'acte ci-dessus du mois d'août 1278, n° **CCH**.

CCCXII.

*Traité d'alliance et de combourgeoisie entre **Rodolphe**, comte et seigneur de **Neuchâtel**, d'une part, et la ville de **Berne**, d'autre part.*

VEILLE DES KALENDES DE MARS **MCCCVII**.

*Copie vidimée dans le recueil de **Gaudard**, aux archives de la chancellerie à **Berne**, et **Haller** coll. dipl. à la bibl. de cette ville, II, p. 150.*

Nos **Rudolphus** comes et dominus **Novi Castri**, lausannensis diocesis, notum facimus universis, quod nos facti sumus **burgensis** et **burgensiam** recepimus in **Berno**, promittentes per juramentum nostrum ad sancta sanctorum Dei corporaliter prestitum, scultetum, consules et communitatem **burgensium** de **Berno**, quotiescunque ab ipsis vel suo certo nuncio super hoc requisiti fuerimus et ipsi in propria guerra sua necesse habuerint, juvare et defendere propriis nostris sumptibus, ubique, contra omnes, secundum posse nostrum, exceptis illustri viro domino **Johanne** de **Cabilone**, domino **Arelati**, reverendis in Christo patribus dominis **basiliensi** et **lausannensi** episcopis, dominis nostris et charissimo avunculo nostro domino **Galtero** domino **Montisfalconis**, si pro propriis rebus suis propriam guerram haberent contra **Bernenses**; si autem pro aliis vel ad auxilium quorumcunque guerram haberent contra **Bernenses** nos tenemur et debemus juramento quo supra, dictos **Bernenses** juvare et defendere contra ipsos, hoc salvo, quod super terram

dictorum dominorum hostiliter ire non tenemur, ita tamen quod dicti Bernenses nobis tenentur ad idem; nec debemus vel possumus prefatam burgensiam de Berno dictis Bernensibus demandare vel resignare per decem annos a confectione presentium continue subsequentes, nec ipsi nobis dum nobis placuerit burgensis suus esse, hiis additis conditionibus sive pactis, videlicet quod aliquas tallias, sturas, seu exactiones communitati ville de Berno dare vel solvere non debemus nec tenemur alicui vel aliquibus de nobis conquerentibus coram ipsis in suo iudicio respondere; sed si inter dictos Bernenses vel gentes suas et nos vel gentes nostras aliqua moveretur discordia seu questio, ad diem seu ad dies competentes apud Muretum vel apud Walprezwile, ubi nobis melius placuerit, hinc et inde venire tenemur, et procurare quod ad arbitrium quatuor honestorum, quorum ab utraque parte duo sunt eligendi, alter alteri nostrum faciat amoris vel justitie complementum. Preterea est sciendum quod cum nos simus burgensis de Friburgo, tenemur infra quindenam post requisitionem burgensium de Berno vel eorum certi nuncii, dictam burgensiam Friburgensibus demandare, et elapsa eadem quindena, promittimus juramento quo supra, dictos Bernenses contra Friburgenses deffendere et juvare. In quorum omnium testimonium et roboris firmitatem sigillum nostrum presentibus literis duximus apponendum. Datum anno incarnationis dominice MCCCVII, pridie kalendas martii.

CCCXIII.

Jean de Châlon, sire d'Arlay, mande à son chapelain Raoul, chanoine de Neuchâtel, de mettre Rodolphe, seigneur du dit lieu, en possession de la ville de Boudevilliers, cette terre lui étant donnée en accroissement de fief.

MERCREDI APRÈS LA NATIVITÉ DE NOTRE DAME MCCCVII. (1)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. E², n° 1, a).

JEHANS de Chalon, sires d'Arlay, a nostre ame chapelain monsire Roul chanoine de Nuefchastel, salut et bon amour. Nous vous mandons que vous, a nostre ame cuisin et feal monseigneur Roul, seigneur de Nuefchastel, delivroiz et bailleiz nostre ville de Boudevillier et toutes les appartenances et quant que nous y avons de droit et de raison, et le meteiz en possaission, quar nous li avons done en accresance dou fie quil tient de nous. Diex vous gart. Donees Arguel le mercredi apres la nativite nostre dame MCCC et sept.

(1) 20 septembre.

CCCXIV.

Jean de Châlon, sire d'Arlay, en récompense des services que lui a rendus Rodolphe, comte et sire de Neuchâtel, lui fait don de sa ville de Boudevilliers avec toutes ses dépendances.

SAMEDI APRÈS LA CIRCONCISION DE NOTRE SEIGNEUR MCCCVII. ⁽¹⁾

Original sur parch. aux arch. du Prince. E², n° 1.

Nous Jehans de Chalon, sire d'Arlay, faisons savoir a touz que nous, non mie de ce huz, ne menez a ce per fraude ou per barat, mais nostre bone volonte et propre liberalite, et en guierdon des bons servises que nobles hons nostre ame cuisin et feaux messire Roulz cuens et sires de Nuefchastel nous a fait, donons, laissons, quittons et ottroyons au dit monseigneur Roul et a ses hoirs permanablement nostre ville de Boudivillier qui siet ou vauz de Ruhi en la dyocese de Lousanne, et toutes les appartenances dicelle ville, et quant nous y poons et devons avoir, soit en homes taillables, non taillables ou de quelque condicion quil soyent, soit en terres, prez, aiggues, bois et toutes autres choses que ce soyent, saul le droit dou fiey lequel nous retenons a nous, et ces choses havons donees si comme dessus est dit, en accressance dou fiey que li dit messire Roulz tient de nous. Prometanz en bone foi que contre cest don nous ne venrons jamais ne soffrerons ou esseyerons a venir ne rapelerons ou farons rapel. En tesmoignage de ce, nous avons mis nostre seal en ces presentes lettres, donnees Arguel, le sambadi apres la circoncision nostre Seignour lan MCCCVII.

⁽¹⁾ 7 janvier 1308.

CCCXV.

Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, paie à Jean de Corpastour, bourgeois de Fribourg, vingt et une livres de bons lausannois pour un cheval qu'il avait acheté de lui.

LENDEMAIN DE L'ASCENSION DU SEIGNEUR MCCCVIII. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux arch. du Prince. P⁸, n° 8.

Ego Burquinus faber de Friburgo notum facio universis quod ego de debito in quo illustris vir dominus Rodulphus comes et dominus Novi Castri tenebatur Johanni

de Corpastour burgensi de Friburgo, ex venditione cujusdam equi, recepi et me recepisse confiteor nomine et vice dicti Johannis, a dicto comite per manum domini Amedei de Valle transversa militis, viginti et unam libras bonorum lausannensium in bonis denariatis, de quibus habeo me pro contento nomine dicti Johannis; et promitto fide mea prestita corporali dictum comitem facere quitari a dicto Johanne quantum ad dictas viginti et unam libras. In cujus rei testimonium dicto domino comiti tradidi presentes litteras sigillo religiosi viri domini abbatis herylacensis unacum sigillo domini Rodulphi canonici Novi Castri ad preces meas sigillatas. Datum anno Domini MCCCVIII, in crastino ascensionis Domini.

(¹) 25 mai.

CCCXVI.

Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, vend à messire Louis de Savoie, seigneur de Vaud, le fief de Belmont qu'il possédait à raison de son partage du château et mandement de la Sarraz, pour le prix qui en sera fixé par Jean de Châlon, sire d'Arlay.

JEUDI APRÈS L'OCTAVE DE LA PENTECOTE MCCCVIII. (¹)

Copie vidimée sur parchemin aux archives du Prince. Q⁵, n° 1.

Nos Bellio Rivoyre miles, castellanus Cletarum, et Guido de Bibienna clericus, negotiorum gestores illustris viri domini Ludovici de Sabaudia domini Waudi, notum facimus universis quod cum nobilis vir et potens dominus Rodulphus comes et dominus Novi Castri feudum de Bellomonte in Waudu sive jus dicti feudi quod habet vel habere potest ratione partagii sui castri et mandamenti de Sarrata, vel quoquo alio modo, sive quaque alia ratione, vendidit, tradidit et titulo pure et irrevocabilis venditionis cesserit nobis presentibus et stipulantibus, vice et nomine dicti illustris viri domini Ludovici domini nostri, sub pretio existimationis et taxationis faciende per illustrem virum dominum Johannem de Cabilone dominum Allati, dominum nostrum; quod pretium et quam existimationem factam per dictum illustrem virum dominum Johannem de Cabilone, promittimus fide prestita corporali nos facturos, et curaturos cum effectu, quod idem dominus noster dominus Ludovicus illud pretium et existimationem pretii quam predictus dominus Johannes faciet vel taxabit, pro venditione feudi supradicti tenebit et observabit, prout per eundem dominum Johannem fuerit ordinatum. Et pro premissis firmiter attendendis ex parte predicti domini nostri domini Ludovici, nos predicti Bellio miles et Guido clericus, obligavimus et obligamus nos principaliter et in solidum fide qua supra et sub obligatione bonorum nostrorum in manibus dicti domini Rodulphi comitis et domini Novi Castri, usque ad mille libras lausannensis monete et quousque taxatio sive existimatio et pronuntiatio feudi pretii supradicti a dicto domino Johanne facta

per dictum dominum nostrum dominum Ludovicum fuerit observata; et pro observatione premissorum, venditionis et cessionis feudi predicti, idem dominus Rodolphus dicto domino Ludovico vel nobis stipulantibus pro eodem, promiserit et teneatur litteram dare et tradere de venditione et cessione feudi supradicti ac documenta et litteras sive copiam predictorum sub forma publica, per que idem dominus Ludovicus posset se juvare de feodo supradicto, maxime cum nos intellexerimus relatione plurium, dictum feudum esse debere de antiquo feodo comitatus Sabaudie. Insuper nos predicti Bellio et Guido fide et stipulatione quibus supra, promittimus predicto domino Rodulpho, post ordinationem et taxationem factam per dictum dominum Johannem sicut supra continetur, elapsis quindecim diebus post requisitionem ipsius domini Rodulphi, si predictus dominus noster dominus Ludovicus deficeret, quod absit, in observatione predictorum, venire personaliter apud Novum Castrum et ibidem tenere hostagia propriis nostris sumptibus, inde minime recessuri quousque dicto domino Rodulpho a dicto domino nostro domino Ludovico seu a nobis de dicta estimatione dicti feudi fuerit plenarie satisfactum. In cujus rei testimonium, nos prefati Bellio et Guido sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini MCCCVIII, die jovis post octavam pentecostes.

(¹) 30 mai.

CCCXVII.

Ulrich de Bremgarten, résigne à l'abbaye de Saint-Jean les terres qu'il tenait d'elle en fief héréditaire à Uetingen, Lindenach et Nortschwaben.

LENDEMAIN DE SAINT ULRICH CONFESSEUR MCCCVIII. (¹)

Recueil de Choupard II, p. 112.

REVERENDIS in Christo domino abbati et conventui monasterii herliacensis Ulricus de Bremgarten nobile obsequium semper premitit. Noscat vestra reverentia quod ego possessiones omnes et singulas apud Uetingen, Lindenach et Nortswaben sitas, quas a vobis in hereditarium feodum possedi, et quicquid juris seu potestatis in eis quoquo modo habui, vobis libere resignavi et resigno per presentes, habiturus ratum ac gratum quicquid per Henricum de Bremgarten fratrem meum per resignationem seu alienationem de jam dictis possessionibus factum vel ordinatum fuerit ullo modo; et in hujus rei robur et testimonium sigillum meum apposui huic scripto. Datum anno MCCCVIII, crastino beati Ulrici confessoris.

(¹) 5 juillet.

CCCXVIII.

Testament de Jean de Neuchâtel, prévôt de l'église de ce lieu.

MARDI AVANT LA FÊTE DE SAINT MICHEL MCCCVIII. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. E^e, n° 24.

IN nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Johannes de Novo Castro, prepositus et canonicus dicti loci et canonicus cabilonensis et laudunensis, corporis infirmitate detentus, compos tamen mentis mee et in sana memoria constitutus, considerans quod nil est morte certius et nil incertius hora ejus, testamentum meum ordino et facio in hunc modum. In primis heredem meum instituo in solidum dilectum fratrem meum Richaldum de Novo Castro canonicum cabylo-nensem in omnibus bonis meis mobilibus et immobilibus que non legavero, ita quod dictus heres meus debita et legata et clamores meos pacificet et persolvat, alioquin ipsum ab omni mea successione privo et facio alienum. Sepulturam meam in ecclesia Novi Castri eligo. Capitulo Novi Castri do, lego sexaginta solidos in elemosinam in die mei obitus persolvendos. Item quia de bonis ecclesie Novi Castri ad voluntatem meam multociens cepi et expendi tamquam dominus, ideo in emendam et pro remedio anime mee do, lego predicte ecclesie Novi Castri decimam meam de Culnau, a loco qui dicitur Pontel versus Culnau et a nemore de Wavra superius, in toto confinio de Culnau, et quicquid ratione decime percipio in decimatione sancti Blasii et de Crissie a dictis terminis superius, que est de propria hereditate mea. Item quod in dicta decima curatus de Culnau percipiat unum modium de communi quod ecclesie de Culnau in perpetuam elemosinam do et lego. Item dicte ecclesie de Culnau do, lego, illam portionem canabi quam casalibus benedictis solemus accipere. Item do, lego ecclesie beati Vincentii cabilonensis quadraginta libras parvorum turonensium ad emendos redditus pro anniversario meo in eadem ecclesia annis singulis faciendo. Item do, lego cuilibet sacerdoti in die mei obitus in exequiis et sepulture mee existenti unum tricesimum, et volo quod distributio competens fiat aliis clericis in exequiis meis existentibus. Item volo et precipio quod in septimo et tricesimo et in primo anniversario dentur cuilibet sacerdoti duodecem dinarii qualibet vice, et aliis clericis fiat distributio secundum quod cuilibet convenit. Item quia ego et predecessores mei monasterium fontis Andree et monasterium hyrilacense, que sunt sub jurisdictione nostra, sepe gravavimus in ipsos hospitando, do, lego domui fontis Andree unum modium frumenti et unum modium liguminum in perpetuam elemosinam annis singulis percipiendum in remedio anime mee et dilecti fratris mei Amedei quondam domini Novi Castri et uxoris sue, super decimam meam de Lounieres quam jure hereditario possideo. Item do, lego monasterio yrilacensi in perpetuam elemosinam unum modium frumenti super eandem decimam de Lounieres annis

singulis percipiendum in remedium anime mee et animarum dicti fratris mei et uxoris sue. Item cum conventus yrilacensis asserat quod quinta pars decime de Lounieres ad nos solummodo pertineat, et nos credamus quartam partem esse nostram, ego volens omnem materiam discordie inter nos et dictum monasterium amputare, volo et concedo quod de dicta decima ego et heredes mei ex nunc in antea quintam partem ipsius decime solummodo capiamus. Item cum Richaldus frater meus ascensaverit quandam plateam in loco qui dicitur Vanne abbati et conventui hyrilacensi pro decem solidis annuatim solvendis ad faciendam domum pro custodienda piscina, volo et concedo quod de dicta platea in cetero non solvant, nisi duodecem dinarios censuales. Item volo quod familia mea remaneat penes fratrem meum, et quod ipse cuilibet de serviciis mihi ab ipsis impensis satisfaciat competenter. Item do, lego Choletto famulo meo centum solidos pro servicio suo mihi impenso. Item retineo mihi fructus prebende mee cabilonensis ecclesie per annum, prout moris est, et retineo mihi fructus prebende mee laudunensis quos lucratus sum, pro debitis meis persolvendis, et volo et precipio quod capitulum laudunense habeat et percipiat de fructibus prebende mee laudunensis viginti libras parvorum turonensium ad emendum censum pro anniversario meo in ecclesia laudunensi faciendo. Dico insuper in periculum anime mee, quod stagium meum feci pro ecclesia laudunensi in scolis in terra imperii, pro quod lucratus sum fructus prebende mee laudunensis secundum consuetudinem ipsius ecclesie laudunensis. Executorem meum mei testamenti seu mee ultime voluntatis, instituo Richaldum fratrem meum et heredem, dans eidem plenariam potestatem et mandatum speciale occupandi bona mea, vendendi, distrahendi, quocumque sint, tam in toto quam in parte, pro debitis et legatis meis solvendis; ad que omnia observanda obligo et suppono me et heredem meum et omnia bona mea juriditioni curie lausannensis specialiter et expresse; volo autem quod testamentum meum et dispositio rerum mearum valeat jure ultime voluntatis et jure codicillorum et omni alio jure quo melius valere poterit et debeat. Rogavi insuper venerabiles viros capitulum Novi Castri et religiosum virum abbatem fontis Andree premonstratensis ordinis, et virum discretum dominum Wulliermum curatum et canonicum Novi Castri, quod sigilla sua huic mee ultime voluntati cum sigillo meo apponant. Nos vero predicti capitulum Novi Castri, abbas fontis Andree et Wulliermus curatus et canonicus Novi Castri, ad instantiam dicti domini Johannis testatoris sigilla nostra cum sigillo suo huic sue ultime voluntati in robur et testimonium duximus apponenda. Datum anno Domini mcccviii, die martis ante festum beati Michaelis.

(¹) 24 septembre.

CCCXIX.

Pierre, fils de feu Jacques de Villiers, domzel, déclare qu'il rend hommage, selon les us de Bourgogne, à Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, devant tous, excepté quelques seigneurs, ayant reçu de lui en fief des terres à Villiers que le dit Pierre déclarait avoir été de son pur et franc alleu.

OCTOBRE MCCCVIII.

Original sur parchemin aux archives du Prince. G^a, n^o 20.

EGO Petrus, filius quondam Jacobi de Villier, domicellus, notum facio universis quod ego, diligenti deliberatione animi prehabita, inspecta utilitate mea, feci homagium et fidelitatem juravi et promisi illustri viro domino Rodulpho comiti et domino Novi Castri ante omnes, exceptis dominis meis infra scriptis, videlicet domino episcopo basiliensi, comite de Rupe, domino de Bevoyr, priore de Lantenas, Symone filio quondam Stephani de Cortalari, domicello, et domino Ulrico de Turrey milite, et recepi ab eo dicto domino meo domino et comite Novi Castri in feodum tertiam partem totius tenementi in quo domus mea sita est in villa et confinio de Villier et tertiam partem totius prati dicti de Labotiere, continentem ad sex falces; item duodecim jugera terre arabilis in territorio et confinio de Villier, videlicet in quolibet fine dicti territorii quatuor jugera; que omnia predicta debent valere in redditibus annuatim quadraginta solidos basilienses et amplius, que omnia predicta usque nunc fuerunt atque confiteor fuisse de meo proprio, puro et libero allodio, nulli alii obligata; feci enim dictas fidelitatem et homagium predicto domino meo domino Rodulpho comiti et domino Novi Castri ad bonos usus et consuetudines Burgundie feodorum. Et confiteor me recepisse a dicto domino meo Novi Castri ob predicta, decem libras bone basiliensis monete in bona pecunia numerata. Abrenuncians in hac parte exceptioni non numerate, non habite, nec recepte pecunie. In cujus rei testimonium, sigillum venerabilis capituli ecclesie sancti Hymerii una cum sigillis domini Symonis et domini Henri de Cortalari militum, presentibus litteris rogavi apponi. Nos autem dictum capitulum, ad preces et instantiam dicti Petri, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Nos vero prenominati milites Symon et Henricus omnes possessiones predictas confitemur et testificamur fuisse usque ad diem confectionis presentium, de proprio, puro et libero allodio dicti Petri, nulli alii debentes aliquam servitutem et quod dictus Petrus nulli alii est homagio ligatus, nisi dominis suis tantum supradictis. In quorum omnium testimonium ad preces dicti Petri sigilla nostra una cum sigillo dicti capituli presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini MCCCVIII, mense octobris.

CCCXX.

Pierre, seigneur de Vauxmarcus vend sa seigneurie avec toutes ses dépendances au comte Rodolphe de Neuchâtel.

FÉVRIER MCCCVIII. (1)

Copie non vidimée aux arch. du Prince. J¹, n° 28.

EGO Petrus dominus de Vaulmarcuil domicellus, notum facio universis quod cum castrum de Vaulmarcuil, lausannensis dioceseos, cum burgo dicti castri, item et villa ac homines in ea habitantes, circumadjacens a magno nemore de Seytis usque ad rivulum et a medio lacus a latere et opposito dicti castri de Vaulmarcuil usque ad stratam veterem de Forez, item villa de Verneya cum suis finibus et terminis a fine vallis usque ad dictam stratam et a tornello de la Forez usque ad campum Othonis de Conssisa, et a dicto campo usque ad dictum nemus de Seytis, item terra dicta Lougiron, sita et existens a nemore de Seytis usque ad petram supra Nucey dou prael et usque ad rupem versus Conssisa, cum terris cultis et non cultis, campis, pratis, ochiis, raspis, nemoribus, arboribus, aquis, aquarum decursibus, censibus, redditibus, usagiis, usibus, usamentis, serviciis, servitutibus, hominibus tailliabilibus et liberis, rebusque et possessionibus aliis quibuscunque sitis, jacentibus et existentibus infra limitationes et terminos supperius designatos et declaratos, sint et hactenus fuerint ab antiquo et ab eo tempore a quo memoria in contrarium non existit, de feudo ligio nobilis viri ac potentis domini Rudolphi comitis et domini Novi Castri domini mei et predecessorum suorum dominorum meorum, pro quo castro de Vaumarcuil cum burgo ejus predicto, villis, rebus et possessionibus predictis declaratis et non declaratis, sitis, jacentibus et existentibus infra limitationes et terminos supradictos, predecessores mei et ego semper fuimus homines ligii comitis predicti Novi Castri et predecessorum suorum pre cunctis dominis, tenuimusque ego et predecessores mei dictum castrum de Vaulmarcuil cum burgo ejusdem ac universas et singulas res et possessiones sitas, jacentes et existentes infra limitationes et terminos supradictos in feudum ligium et dictum castrum de Vaulmercuil cum burgo ejusdem jurabile et reddibile a comite Novi Castri predicta et predecessoribus ejusdem; ita verum tamen quod habitatores dicti castri de Vaulmarcuil et burgi ejusdem ac villarum existentium in dominio dicti castri ratione dicti feudi habent et habere debent usamentum suum in omni genere lignorum et arborum existentium et cresendarum in magno nemore de Seytis ad se affocandum et ad faciendum sepes et clausuras suas, preterquam in quercubus, et etiam in quercubus pro edificando domos suas, cum videtur eisdem habitatoribus necessario expedire; et dictum usamentum confiteor me tenere ac predecessores meos actenus tenuisse una cum castro de Vaulmarcuil et rebus et possessionibus aliis in feudum ligium a comite Novi Castri predicto et predecessorum suorum; ego dictus Petrus universa et singula su-

pradicta confitens et recognoscens esse vera, consideratis negociis meis que utilius pro me agi non poterant in hac parte, utilitate mea et heredum meorum in hoc plenius evidente, ad tollendum usurarum voraginem debitorum in quibus sum quibusdam creditoribus meis in diversis quantitatibus pecunie obligatus, vendidi et vendo et titulo pure et perpetue et irrevocabilis venditionis, tradidi et trado in perpetuum pro me et meis heredibus sive assignatis meis domino Rudolpho comiti Novi Castri predicto ementi et recipienti pro se et suis heredibus dictum castrum de Vaumarcuil, cum burgo ejusdem ac universas et singulas res, terras, villas et possessiones cum fundis, juribus, dominiis, appendenciis, et pertinentiis suis universis, sitis, jacentibus et existentibus in dominio dicti castri infra limitationes, territoria et terminos supperius designatos et declaratos quecumque et ubicumque sint infra dictos terminos, in terris cultis et non cultis, campis, pratis, ochiis, raspis, nemoribus, arboribus, aquis, aquarum decursibus, censibus, redditibus, usagiis, usibus, usamentis, serviciis, servitutibus, hominibus taillabilibus et liberis, rebus et possessionibus aliis quibuscunque, quecumque sint et quocumque nomine seu vocabulo censeantur; ita quod res et possessiones vendite que in presenti instrumento non specificantur, pro specificatis et declaratis habeantur. Item quicquid juris, domini, vel quasi possessionis, actionis et rationis habeo et habere possum et debeo, quocumque modo, titulo vel quacumque causa, in castro de Vaumarcuil, burgo ejusdem, villis, terris, possessionibus, hominibus, usamentis et rebus aliis quibuscunque predictis venditis, sitis, jacentibus et existentibus infra limitationes et terminos predictos; devestiens me pro me et heredibus sive assignatis meis de dicto castro de Vaumarcuil et de burgo ejusdem, cum villis, rebus, terris et possessionibus predictis venditis cum fundo, juribus, dominiis, jurisdictionibus, appendenciis et pertinentiis suis universis, dictum comitem Novi Castri presentem et dictam investitionem nomine suo et heredum sive successorum suorum recipientem per tractationem presentis instrumenti investiendo corporaliter de eisdem, ac in ipsum comitem emptorem et heredes et successores suos possessionem corporalem et vacuum atque totale dominium transferendo, nomine venditionis predictae, videlicet pro trecentis libris monete bonorum lausannensium, quam pecuniam nomine et ob causam justii pretii dicte venditionis confiteor me recepisse et habuisse a comite Novi Castri predicto in bona pecunia numerata et ipsam pecuniam in utilitatem meam evidentem et in exhonerationem debitorum meorum currentium ad usuras confiteor totaliter fore conversam. Promittens juramento super sacra Dei evangelia a me corporaliter prestito, et stipulatione solemnii adhibita pro me et heredibus sive assignatis meis et sub expressa obligatione omnium bonorum meorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, dicto comiti Novi Castri stipulanti et recipienti pro se et heredibus sive assignatis suis dictum castrum et burgum ejusdem cum jure domini eorumdem ac villas, terras et possessiones predictas venditas cum fundis, juribus, dominiis, appendenciis et pertinentiis suis universis contra omnes in judicio et extra et in omni parte litis, questionis et controversie, libere et pacifice garentire ob causam venditionis predictae sic facte et prestare ante judicium pansom et post, quicquid in causa evictionis debet fieri et prestari. Renunciando in hoc facto ego dictus Petrus, sub vi prestiti juramenti, exceptioni dicte pecunie non numerate, non habite, non recepte, spei future numerationis et

in utilitatem meam non converse, minoris pretii, ultra vel citra dimidiam justii precii et juri dicenti quod venditio rescindatur aut justum pretium suppleatur; exceptioni doli mali, metus, actioni in factum, beneficio restitutionis in integrum ex utraque clausula, omni deceptioni et circumventioni, omni juri canonico et civili, scripto et non scripto, consuetudini et statuto patrie et loci, conditioni sine causa et ex injusta causa, promissioni indebite, stipulationi inutili, officio et implorationi judicis, obligationi libelli, litis, contestationis, delationis juramenti, testium productioni, copie presentis instrumenti, aliterque acto quam scripto et omnibus allegationibus, rationibus et defensionibus juris et facti et consuetudinis, mihi et heredibus aut assignatis meis competentibus et competere debentibus ad veniendum contra predicta vel aliquod de predictis, et juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis; et juro ad sacra Dei evangelia ego dictus Petrus pro me et heredibus sive assignatis meis, quod contra dictam venditionem et presens instrumentum sive contra predicta vel aliquod ex iis non veniam per me vel per alium in futurum, nec consentiam alicui contra venire volenti. In quorum omnium testimonium premissorum ego dictus Petrus presentibus litteris ad preces meas et requisitionem apponi rogavi et feci, sigillum curie lausannensis una cum sigillo venerabilis viri Richardi de sancto Martino decani Novi Castri; et nos officialis curie lausannensis ac ego Richardus de sancto Martino decanus Novi Castri, ad preces et requisitionem dicti Petri de Vaulmarcuil, sigillum dicte curie nos dictus officialis et ego dictus Richardus sigillum dicti decanatus apposimus huic scripto in testimonium omnium premissorum. Datum anno Domini MCCCVIII, mense februarii.

(¹) 1309.

CCCXXI.

*Le pape Clément V confirme les possessions de l'église de
Notre-Dame de Neuchâtel.*

DU VI DES NONES DE MARS MCCCIX. (¹)

Copie vidimée aux archives du Prince. W¹⁰, n^o 12, § 3.

CLEMENS episcopus servus servorum Dei dilectis filiis preposito et canonicis de Novo Castro, salutem et apostolicam benedictionem favorable prepositam. Dilecti filii nostri nobilis viri Udalrici de ipso Novo Castro, militis, fundatoris ecclesie nostre, debito laudum titulo prosequentes et tam precibus venerabilis fratris nostri lausannensis episcopi quam nostris, ipsius militis laudabili desiderio gratum impertientes assensum, predictam ecclesiam in qua divino estis obsequio mancipati, cum omnibus que in presentiarum juste possidet et in posterum largiente domino modis licitis undecunque poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Cuncta vero que ex donatione memorati

militis vel aliorum juste et pacifice possidetis, libertates etiam et immunitates rationabiliter vobis concessas et canonicas institutiones ecclesie vestre sicut pacifice observantur; terram etiam quam habetis in Vilier et in Bodeviliez, et in Dombrexon, et in Savanie et in Vilar, terram quam dedit advocatus in Vinils, et decimam quam habetis in Vinils, decimam quam habetis in Perrabot cum terragiis, decimam de Parco, decimam Salomonis, ecclesiam de Finilis, ecclesiam de Arins, vineas quas habetis in Novo Castro, vineas et terram et decimam quam habetis Avarnie, terram de Cormondreschi, et de Pusuo, et de Sarreres, et de Guarmondins sicut eas canonicè et sine controversia possidetis devotioni vestre auctoritate apostolica confirmamus et illibata custodiri sancimus. Preterea novas et indebitas exactiones a quacumque persona ecclesiastica vel seculari vobis presentium auctoritate prohibemus, nec volumus ut voluntate cujuslibet sine manifesta et rationabili causa in ipsam ecclesiam vel personas vestras quevis sententia temere proferatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ejusdem ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani vi nonas martii, pontificatus nostri anno quarto.

(¹) 2 mars.

CCCXXII.

Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, déclare avoir reçu quatre mille livres pour la dot d'Eléonore de Savoie, sa femme, somme qu'il a employée à payer des dettes de ses prédécesseurs et à son utilité propre, et qu'il assigne sur les châteaux de Vauxmarcus, de Boudry, de Rochefort, du Pont de Thièle, et sur sa terre de la Sarraz.

LE VI DES KALENDES D'AVRIL MCCCVIII. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. J^s, n^o 30.

Nos Rodulphus comes et dominus Novi Castri notum facimus universis quod nos de dote et nomine dotis illustris domine Ellyenore de Sabaudia, karissime uxoris nostre, recepimus et habuimus et nos recepisse et habuisse confitemur quatuor mille libras bonorum lausannensium monete, quam quidem summam pecunie in solvendo debita predecessorum nostrorum et utilitatem nostram confitemur totaliter esse versam, quas vero quatuor mille libras dicte monete, ne pereant dicte domine Ellyenore uxori nostre, assignavimus, posuimus et assetavimus, assignamus, ponimus et assetamus recuperandas et habendas super castra nostra et terras nostras inferius annotata et annotatas, videlicet super castrum nostrum de Vaumarcul, castrum nostrum de Boudri, castrum nostrum de Ruppe forti, et castrum nostrum de ponte Tele et super totam terram nostram quam habemus in terra de Sarrata cum universis et singulis castellaniis, juribus, pertinentiis et appendenciis dictorum castro-

rum et terre de Sarrata, tam in hominibus nobilibus et innobilibus, feudis, retrofeudis quam in censibus, decimis, terragiis, taliis, corvatis, furnis, molendinis, nemoribus, aquis, piscariis, aquarum decursibus et omnibus aliis redditibus, junciis et obventionibus, dominio mero et misto imperio dictorum castrorum et terre universis et singulis ubicunque sint et quocumque censeantur. Renunciamus nos dictus Rodolphus ex certa scientia, exceptioni dicte pecunie, non habite, non recepte, in utilitatem nostram minus plene verse, spei numerationis future et omnibus aliis et singulis exceptionibus juris canonici vel civilis et consuetudinis que possent obici vel opponi contra predicta vel aliquid de predictis, perque dicta assignatio vel assettatio posset aliquatenus impediri cum predictis suis juribus vel turbari. Promittentes siquidem per juramentum nostrum super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum solempnique stipulatione adhibita, non venire contra predicta vel aliquid de predictis. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Et ad majorem certitudinem premissorum sigilla religiosi viri abbatis fontis Andree premunstratensis ordinis, et venerabilis capituli ecclesie Novi Castri, una cum dicto sigillo nostro presentibus rogavimus apponi. Nos vero abbas et capitulum predicti ad preces et instantiam predicti domini Rodulphi comitis una cum predicto sigillo suo, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini MCCCVIII, sexto kalendas aprilis.

(¹) 27 mars 1509.

CCCXXIII.

Guillaume, fils de feu Jean dit Grand de Savagnier se reconnaît homme lige du prieur de Vauxtravers, sauf la fidélité qu'il doit au seigneur de Valangin, et reçoit de lui la dîme du blé des fiefs de Saint-Pierre dans la paroisse de Dombresson.

JEUDI APRÈS L'OCTAVE DE LA PENTECOTE MCCCIX. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. T^o, n^o 10.

EGO Wulliermus filius quondam Johannis dicti Grantz de Savagnier in valle Rodoli, notum facio universis quod ego recognovi ac recognosco ac publice confiteor me esse hominem ligium et fidelem religiosi viri domini prioris prioratus Vallis transverse, nomine dicti prioratus sui, ante omnes, excepta fidelitate domini mei Johannis de Arberg condomini de Vallengin, et eodem nomine et vice dicti prioratus feci et juravi fidelitatem et homagium manuale eidem osculum nichilominus impendendo, promittens juramento meo super sancta Dei evangelia corporaliter prestito, et sub virtute fidelitatis predicte, dictum dominum priorem dominum meum et bona ipsius et totius prioratus sui, juvare, auxiliari, consulere et defendere in omnibus et per omnia contra omnes salva fidelitate domini mei Johannis supradicti; teneo autem

et recepi et me tenere et recepisse confiteor in feodum pro dicta fidelitate a dicto domino meo priore nomine sui prioratus decimam bladi feodorum beati Petri infra parrochiam de Donbresson; ita tamen quod si me aut participes meos in dicto feodo videlicet Othonem et Johannem filium Vioneti de Savagnie, absque heredibus de corporibus nostris procreatis vel procreandis decedere, quod absit, contingeret, dictum feodum ad dictum prioratum libere et absolute revertatur. In cujus rei testimonium ego dictus Willermus, et nos dicti Otho et Johannes qui omnia predicta una cum dicto Willermo juravimus et promisimus observare, sigillum venerabilis capituli ecclesie Novi Castri presentibus litteris rogavimus apponi. Nos autem prefatum capitulum ad preces et instantiam dictorum Williermi, Othonis et Johannis sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum die Jovis post octavam Penthecostes, anno Domini MCCCIX.

(¹) 29 mai.

CCCXXIV.

Etat des revenus, propriétés, droits et émoluments que le comte Rollin perçoit sur sa terre entre le Ruz de Vaud et le Fornel.

VERS MCCCX.

Original sur parch. aux arch. du Prince. T¹⁵, n^o 23.

HII sunt redditus, proprietates, jura et emolumenta pertinentia ad dominum Rodolphum comitem et dominum Novi Castri inter rivum de Vauz et locum dictum Fornel, de quibus nullum cambium est seu recompensatio sibi facta, primo videlicet medietas tallie super homines episcopatus basiliensis quam ponit et extimat xx lib. terre. Item debent singuli habitatores infra predicta loca dicto comiti pro quolibet foco unam eminam frumenti, duas eminas nucum et duas eminas advene, que omnia extimat tres modios cum dimidio frumenti, septem modios nucum et septem modios advene ad mensuram Novi Castri annui redditus. Item quedam procuratio dicta vulgariter gieta super curatum albe ecclesie pro braconeriis et canibus suis, quod extimat xxx solidos annui redditus. Item similis procuratio seu gieta apud Vouchon super monacos de Ballalegia, quod extimat similiter xxx solidos annui redditus. Item debent vii colungie existentes infra dicta loca, videlicet vi colungiarum predictarum annuatim, unum modiolum et ii eminas advene, et vii dictarum colungiarum debent ii eminas advene annuatim. Item debet quilibet scaminus seu exchemius v solidos annuatim. Item trium custodiarum vinearum debet quilibet vi denarios et unam benestam racemorum ad valorem duorum solidorum annuatim. Item debent ipsi pro placito de sancto Mauritio iii libras annuatim. Item terragia pascuorum nostrorum, que extimat duos modios vini annuatim. Item placitum generale de Sales valens vi libras annuatim. Item bagnia vinearum scilicet lx soli-

dos super quoslibet qui faciunt contra dicta bagna sine licentia domini et super illos qui mensuram ad aliam quam dicti comitis, quorum bagnorum valor extimatur annis singulis xx libras. Item advene extimantur ad valorem lx solidorum annuatim. Item advoeria et casus justicie seu domini quibus casibus malefactorum corpora et bona committuntur, et emende omnes, exceptis emendis planis quatuor solidorum que emende quatuor solidorum sunt dicti episcopatus nisi in tempore bagni vindemiarum et tunc sunt dicti comitis, quas ponit et extimat xxx libras annui redditus. Item calvacata seu sequela quam habet dictus comes super predictos habitatores qui sequi debent suis sumptibus per unam diem et unam noctem ipsum comitem et deinde cum expensis ipsius comitis, quod ponit et extimat xx libras annui redditus. Item nemus de Vabz cum suis pertinenciis continens circa trecentas passas terre, quod extimat ad minimam extimationem quatercentas libras.

CCCXXV.

Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, inféode à divers particuliers de Morteau des terres situées à la Chaux d'Ecublou, moyennant une redevance annuelle de seize quarterons de fromage.

JUILLET MCCCX.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. Z¹⁰, n^o 14.

Nos Rodulphus dominus Novi Castri notum facimus universis presentibus et futuris, quod cum discordia verteretur inter nos ex una parte et Bisuntium dictum jueys, Lambelinum dictum Cartier, Landricum filium quondam Bisuntii dicti Basset, Lambertum filium Stephani dicti Basset, de Mortua aqua et heredes eorum ex altera, super calvo de Escoblon et pratis ejusdem calvi, quod calvum et que prata Ameus bone memorie pater noster eisdem dederat in feodum pro servicio debito, que calvum et prata petebamus ad nos libere reverti et dicebamus ad nos jure devenisse ob hoc quod prenominati de Mortua aqua Bisuntius dictus jueys et sui participes vel eorum heredes dicta prata post obitum predicti patris nostri a nobis non replacitaverant neque reprehendiderant sicut feoda mutato domino solent reprehendi, tandem ad preces aliquorum amicorum nostrorum dictum calvum de Escoblon et ejus prata predictis Bisuntio judeo et participibus suis ac eorum heredibus imperpetuum pro nobis et heredibus nostris denuo concedimus et concessimus in feodum possidenda pro certo servicio nobis et heredibus nostris annuatim faciendo, videlicet pro sexdecim quarteronibus caseorum et quatuor libris cere nobis vel mandato nostro annuatim et censualiter solvendis infra octavam festi beati Galli ad legale pondus Novi Castri. Promittimus bona fide et solempni stipulatione quod contra dictam concessionem seu presens instrumentum non veniemus per nos vel per alium

in futurum sed eisdem et heredibus eorum erimus de dicto feodo pro dicto servicio werentes legitimi contra omnes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini MCCCX, mense julii.

CCCXXVI.

Ulrich de Bremgarten, domzel, reconnaît tenir en fief de Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, les choses que ses prédécesseurs tenaient déjà en fief de lui, à savoir : le droit de patronage et l'avocatie sur l'église de Kriegstetten, une moitié de la dîme de ce lieu, plusieurs lunages, l'avocatie sur les hommes d'Argovie qui appartenaient à l'abbé de Saint-Jean, la dîme de Mœringen et plusieurs vignes situées dans le district de Cressier et du Landeron.

LE SAMEDI APRÈS LA NATIVITÉ DE LA VIERGE MCCCX. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux archives du Prince. D^h, n^o 22.

EGO Uldricus de Brumengart domicellus notum facio universis quod ego teneo et me confiteor tenere in feodum ab illustri viro domino meo karissimo domino Rodolpho comite et domino Novi Castri, res et possessiones inferius annotatas, quas predecessores mei ab ipso domino meo ejusque predecessoribus hactenus tenuerunt et tenuisse sunt confessi, videlicet ecclesiam de Criehestenn cum jure patronatus et advocatia ejusdem, et dimidiam decimam in eadem villa et territorio ejusdem, et massum unum cum hominibus, item unum lunadium, item tria lunadia in eodem territorio, item vineam in Crissiaco, item advocatiam super homines de Argowa qui pertinent ad claustrum herilacense, item decimam totam in Moringen, in Ardern unum massum, in Tofhelle unum massum, in Tudingen dimidium massum, in Montels unam vineam, ad Tegelsce unum massum, et quedam alia que ibi non vocantur que ad presens in memoria non habeo, que cum scivero dicto domino meo promitto bona fide declarare et recognoscere ab eodem. In cujus rei testimonium dicto domino meo tradidi presentes litteras sigillo meo unacum sigillo religiosi viri domini abbatis herilacensis ad preces meas sigillatas. Datum anno Domini MCCCX, die sabbati post nativitatem beate Marie virginis.

(¹) 12 septembre.

CCCXXVII.

Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, en sa qualité de descendant des fondateurs de l'abbaye de Saint-Jean, confirme les anciennes concessions qui avaient été faites à ce monastère par ses prédécesseurs.

LE II DES IDES DE SEPTEMBRE MCCCX. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux archives du Prince. G⁶, n^o 5.

Nos Rodulphus comes et dominus Novi Castri notum facimus universis presentibus et futuris, quod venientes ad nos religiosi viri dominus Nicholaus abbas et conventus herilacensis monasterii ordinis sancti Benedicti, lausannensis dyocesis, quod monasterium predecessores nostri fundaverunt, nobis humiliter supplicarunt quod nos libertates, concessionones et instrumenta a predecessoribus nostris sibi concessas vellemus innovare et confirmare, nos eorum precibus inclinati, vestigiis predecessorum nostrorum inherentes, dictas libertates, concessionones et instrumenta, auctoritate presentium innovamus, confirmamus et auctorizamus; et cum jam dicta instrumenta pro nimia vetustate sint aliquatenus consumpta, nos dictis religiosis annuimus et concedimus quod de cetero non teneantur nobis vel nostris heredibus dicta instrumenta vel aliquid eorum ostendere seu alicui alteri, nisi presens instrumentum, si necesse fuerit, cui presenti instrumento veterum instrumentorum totus tenor inseritur, prout vidimus et coram nobis legi fecimus de verbo ad verbum in hec verba que secuntur : ⁽²⁾

Nos autem predictus Rodulphus comes et dominus Novi Castri omnia predicta prout superius narrantur iterum et denuo innovamus, confirmamus, auctorizamus, approbamus et volumus firma et vera permanere in futurum, salvo tamen jure nostro, prout primo et superius est expressum. In quorum confirmationis et innovationis, ac etiam omnium predictorum testimonium dictis religiosis tradidimus presens instrumentum sigillo nostro unacum sigillo venerabilis capituli ecclesie Novi Castri predictae roboratum atque sigillatum. Datum anno Domini MCCCX, secundo idus septembris.

⁽¹⁾ 12 septembre.

⁽²⁾ Les titres rappelés ici sont rapportés plus haut sous n^{os} 80, 95, 115, et sont : le premier de 1221, le second de la décollation de saint Jean-Baptiste 1251, et le troisième du 2 des kalendes d'avril 1259.

CCCXXVIII.

Pierre de Vauxmarcus, domzel, déclare que ce que Perronin de Saint-Martin tenait de lui, entre autres la dîme de Chevroux, fait partie du fief de Vauxmarcus qu'il avait vendu à Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel.

SEPTEMBRE MCCCX.

Copie vidimée sur papier aux archives du château de Vauxmarcus.

EGO Perrinus de Vaulmercus domicellus, notum facio universis quod cum ego vendiderim illustri viro domino meo Rodolpho comiti et domino Novi Castri, castellum meum de Vauxmercus cum suis pertinentiis universis que omnia ab ipso in feodo ligio tenebam, quod feodum quod tenebat a me Perroninus de sancto Martino, videlicet decima de Chevros et omnia alia ubique sint, de dicto feodo dicti Perronini sunt de feodo dicti domini mei Novi Castri et de venditione predicta, quapropter dictum feodum, videlicet dictam decimam et omnia alia ad ipsum feodum pertinentia dicto domino meo Novi Castri, cedo, quitto et dono, donatione perpetua et irrevocabili ob venditionem predictam. Precipiens et mandans per presentes, prout melius possum, dicto Perronino et Aymoni ejus nepoti, filio quondam Humberti de sancto Martino et omni alii dictam decimam de Chevros et dictum feodum tenenti, quatenus ipsum feodum cum decima predicta a domino domino Rodulpho recognoscat, teneat, et ab ipso recipiat tanquam a vero domino dicti feodi, cum istud feodum sit ex antiquo feodo suo ligio quod ab ipso tenebam, et ab ipso moveri dignoscatur; promittens fide prestita corporali quod contra dictam quittance seu presens instrumentum non veniam per me vel per alium in futurum. In cujus rei testimonium sigillum venerabilis capituli ecclesie Novi Castri, una cum sigillo religiosi viri domini Johannis prioris de Bevays presentibus litteris rogavi apponi. Nos autem dictum capitulum et prior ad preces dicti Perrini de Vaulxmercus sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini MCCCX, mense septembris.

CCCXXIX.

Louis de Savoie, seigneur de Vaud, déclare avoir reçu de Jean de Châlon, sire d'Arlai, pour la dot de sa fille, la somme de quatre mille livres tournois sur laquelle Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, exerçait des droits pendant qu'elle était déposée entre les mains de Girard d'Arguel.

LA VEILLE DE SAINT CLÉMENT MCCCX. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux archives du Prince. K⁵, n° 24.

Nos Jehans sires de Monz, bailli de Wauz, facons savoir a toz que li certains commandementz de noble baron de mon signour Lois de Savoye, signour de Wauz, ha hahu et recehu de noble home mon signour Girar d'Arguel chevalier, en nom de noble baron mon signour Jehan de Chalon signour d'Allay, quatre mile livres de pitiz tornois en bone pecune numbree dou mariaige de la fille devant dit mon signour Jehan de Chalon femme doudit mon signour mons si Lois, pour les quex quatre mile livres mes sires Ro, sires de Nuefchastel havoit joyes en commande a la main dou dit mon si Girar d'Arguel. Et est a savoir que en ces dite quatre mile livres sunt compees et rabatues premierement mil livres des quex li diz Ro estoit plaige fuer de lettre en la main doudit mon si Lois por ma dame d'Allay, de cuy Deus hait larme. Et noz li diz Jehans sires de Monz, havons comande de par le dit mon signour Lois au dit mon si Ro, que les diz gaiges rende au dit mon si Girar ou a son comandement. En tesmognage de la quel chose nos havons mis nostre sael en ceste present lettre faite lant nostre Signour mccc et diex, le juedi devant feste saint Clement.

⁽¹⁾ 22 novembre.

CCCXXX.

Richard de Neuchâtel, prévôt de l'église de ce lieu, donne à l'abbaye de Fontaine-André, pour le remède de son ame et de celles de son père, de sa mère et de ses frères, une terre située à Hauterive.

CHAIRE DE SAINT PIERRE MCCCX. (1)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. X^o, n^o 26.

Nos Richardus prepositus ecclesie Novi Castri, notum facimus universis quod nos facta diligenti inquisitione per antiquos et fide dignos homines, invenimus et nos meminisse veraciter confitemur, quod illa terra sita juxta villam Alterippe prope perreriam nostram, in qua quidem terra sunt duo casalia sive due domus constructe supra vineam fontis Andree, et est sita ab uno latere juxta perreriam nostram, ab alio vero clauditur a communi via dicte ville, ex collatione quondam bone memorie domini Berthodi avi nostri, ad predictam vineam fontis Andree et ejus appenditias pertinet et sibi conceditur ab antiquo, unde cum nos de dicta terra et duobus casalibus predictis abbatem et conventum fontis Andree questionem misissemus, credentes ipsam terram ad nos jure hereditario pertinere debere, nos dictam questionem sive calumpniam dicte ecclesie fontis Andree quitavimus et quitamus, et sic quid juris vel rationis habebamus vel habere intendebamus in dicta terra vel vinea ibidem adjacente, nos ipsum jus a die confectionis presentium pro remedio anime nostre ac bone memorie animarum dicti domini Berthodi, domini Roduli, domine Sibille parentum nostrorum, Amedei et Johannis quondam prepositi kabilonensis fratrum et omnium antecessorum nostrorum, prefate ecclesie fontis Andree pro nobis et nostris successoribus imperpetuum concedimus et irrevocabiliter per presentes; promittentes bona fide dictam terram et vineam et quidquid ibidem edificari poterit, videlicet a via inferiori tendenti apud sanctum Blasium usque ad viam superiorem tendentem versus Monsoflet et usque ad perreriam nostram, recepto nobis terragio dicte vinee, manutenere et werentire quantum nostra interest aut possumus et debemus dictis religiosis pro nobis et nostris successoribus fideliter contra omnes. In cujus rei testimonium nos prepositus dictus sigillum nostrum presenti scripto duximus apponendum. Datum anno Domini MCCCX, in cathedra sancti Petri.

(1) 22 février 1311.

CCCXXI.

Sentence arbitrale rendue sur un différend qui s'était élevé entre Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, et Pierre, co-seigneur d'Estavayer, au sujet de la pêche de l'Areuse et de l'avouerie sur le village de ce nom. Pierre d'Estavayer déclare qu'en se soumettant à cette sentence, il reconnaît tenir en fief du dit comte les objets qu'elle lui accordait.

LE MARDI AVANT LES RAMEAUX MCCCXI. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux archives du Prince. Y², n° 23.

Nos Petrus condominus de Estavaye notum facimus universis quod cum nos teneremus in feodum ab illustri viro domino Rodulpho comite et domino Novi Castri, pischariam aque dicte Arousa, sicut protenditur a gurgite dicto communaul usque ad lacum et infra lacum, quantum homo potest jacere martellum ferratum, que pischaria incipit in festo beati Mauriti et finitur in festo beati Andre apostoli, et asseremus advocatiam totius ville de Arousa ad nos ratione dicti feodi pertinere cum appendiciis dicte advocatie, dicto domino Rodulpho dicente dictam advocatiam ad dictum feodum minime pertinere, tandem mediantibus nobilibus viris domino Renaldo condomino de Estavaye et Johanne de Harberc condomino de Valengins, quibus super hoc dedimus ad invicem plenariam potestatem super predictis, convenimus in hunc modum, videlicet, quod nomine permutationis dicte pischarie et pro juribus, calumpniis, actionibus que et quas habebamus seu habere debebamus vel poteramus de jure vel de facto in dicta advocatia predicte ville de Arousa cum omnibus pertinentiis suis universis et singulis, dictus dominus Rodolphus nobis dedit homines suos tailliables de Bevaz et de Cortaillet et res qui et que inferius nominantur, videlicet Girardum filium quondam Williermi dicti dou Poyet et Hugonem filium dicti Vercel, Cononem filium quondam Stephani dicti dou Poyet, Williermum filium quondam Petri dicti Lou, Petrum filium quondam Auberti dicti de la Rua, Uldricum filium quondam dicti Vercel, Humbertum dictum de Warmondens, Johannem fratrem ejus, Williermum filium quondam Girardi dicti de sa Vila, Petrum dictum Passet, Willermum et Nicholaum fratres, filios Annetis, Humbertum filium Sicilie et dictum Pitet fratrem ejus, Bononetum dictum Tiecembar et Jacobum filium quondam Bertheleti qui duo ultimi morantur apud Bevaz; item undecem solidos et decem denarios lausannenses censuales sitos in confinio ville de Cortaillet, de quibus debet Wuilliermus filius Rodulphi filii Dogni Aymonis quatuor solidos et quatuor denarios pro octo posis terre de feodo de la Colunge, et uno prato ad unam falcem. Item Johannes Rougelet tres solidos et sex denarios super illud quod tenet de feodo de sa Vila. Item Johannes de Vauztraver et Humbertus Risponet quatuor solidos pro sex posis terre quas tenent in pluribus peciis

et una falce prati. Item furnum quem habet dictus dominus Rodulphus in dicta villa de Cortailot et sexaginta solidos lausannenses censuales assignatos nobis super pischariam predictam in festo beati Andree persolvendos, quos dictus dominus Rodulphus et heredes sui debent facere quod nobis et nostris heredibus solvantur per emptores dicte pischarie annuatim; et dicti emptores pischarie fidem prebere tenentur in manu nostra et heredum nostrorum de dictis sexaginta solidis persolvendis, et quotienseunque dictus dominus Rodulphus aut sui heredes dictam pischariam non venderent, dictos sexaginta solidos nobis solvere tenentur termino supradicto. Insuper tale jus quale habebamus tempore confectionis presentium super burgenses de Boudri et de Novo Castro in dicta villa de Cortailot commorantes, illud jus nos et heredes nostri habere debemus in futurum; hoc addito, quod si aliquis dictorum burgensium debeat nobis aliquid de censu undecem solidorum et decem denariorum predictorum et faciat forefactum pro quo possessiones debeat atmittere, terra censualis ad nos reverteretur. Et hec omnia supradicta confitemur nos pro nobis et heredibus nostris a dicto domino Rodulpho pro se et suis heredibus in feodum recepisse nomine permutationis pischarie supradicte et pro omni jure quod habebamus seu habere poteramus in advocatia dicte ville de Arousa cum suis appendiciis supradictis; quare nos scientes et spontanei pro nobis et nostris heredibus, dicto domino Rodulpho et suis heredibus dictam pischariam et omne jus et actionem quod et quam in dicta advocatia ville de Arousa cum omnibus pertinentiis suis universis et singulis, quittamus et remittimus pro rebus superius nominatis a dicto domino Rodulpho ratione permutationis nobis datis. Devestientes nos et heredes nostros de dicta pischaria et actionibus predictis, dictumque dominum Rodulphum pro se et suis heredibus investiendo corporaliter vel quasi de eisdem promittentes pro nobis et heredibus nostris per juramentum nostrum super sancta Deievangelia corporaliter prestitum, quod nos contra dictam quittance et permutationem seu presens instrumentum non veniemus per nos seu per alium in futurum. Renunciantes penitus in hoc facto exceptioni doli mali, metus et in factum, deceptionis et omnibus exceptionibus aliis juris canonici et civilis que nobis et nostris heredibus in predictis aut aliquo predictorum possent prodesse, et dicto domino Rodulpho et suis heredibus in posterum prejudicium generare, juri que dicenti generaliter renunciaciones non valere nisi precesserit specialis. In quorum omnium testimonium sigilla nobilium virorum domini Renaldi condomini de Estavaye et Johannis de Harberc condomini de Valengins una cum sigillo nostro presentibus litteris rogavimus apponi. Et nos predicti Renaldus condominus de Estavaye et Johannes de Harberc condominus de Valengins qui predictis omnibus interfuimus, ut premittitur, ad instantiam dicti domini Petri condomini de Estavaye, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini MCCCXI, mense martii, die martis ante dominicam in ramis palmarum.

(¹) 30 mars.

CCCXXXII.

Hommage prêté aux us de Bourgogne à Jean de Châlon, sire d'Arlay, par Rollin, seigneur de Neuchâtel, pour la terre de ce nom, sauf les dîmes qui étaient du fief de l'évêque de Lausanne.

VENDREDI AVANT SAINT JEAN-BAPTISTE MCCCXI. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. J^a, n^o 19.

Nous Jehans de Chalon sires d'Arlay, facons savoir a totz que come nostres ametz cousin et fiaulz Roiz cons et sires de Nuefchestel sur le lait, en la dyociese de Loussanne, soit entrey en nostre homage liege et nos ha juriez featel devant toutz autres seignours, et hait reprins de nous en fie liege ce qui ha ou doit havoir ou vaul de Nyruil, des le ruyt de Vaulz en amont ver Nuefchestel et ses chastelx dou pont de Tele, de Boudry, de Vaulmercuil et de Rochefortz, et le vaulz de Vatravers, ensembles toutes leurs appartenances et leurs appendises en quelque chouse quelles soient, soit en joustice, en terres, en bois, en aigues et en toutes autres choses, salve la baronie et choses qui sont permy de la baronye de Nuefchestel, lesquelx sont dou fie de lempire, lesquelx il tient et a reprins jay long temps ha, per lo comandemant dou roy des Romans, de nous, avec Nuefchastel, ensemble sa vile et toutes ses appertenance et sa baronie, li quelx baronye se estent en long dois le fournel pres de Lyerece tanque au rayt de la Lance pres de Cuysse, et devers Vaultravers tanque a la conbeta de Myezour, et en large se extant dois la pierre de Vilar en Willie tanque a la pierre feu sur le vaul de Ruyt, en quelque chouse que li dicte baronie soit et toutes les appertenences de Nuefchestel, soit en justice, en peages, en ventes, en boys, en aygues, en viles, en champs, en prez, en vignes et en toutes autres chouses quelx quelles soient. Et ha reprins de nous encores en fie liege la vile de Boudivilier et ses appendises, et quanque il ha et doit havoir ou vaul de Ruyt, saul ades le fie de lempire lequel il tient de nous auxi pour raison de lempire; et de cestes choses sont exceptez tuitz li diemes soit en blef et en vin que il tient de lyglise nostre dame de Lousanne. Est assavoir que les ditz hommages et les dictes fealtez, li dit Royz nostre cousin ha fait a nos eis us et eis custumes de Bourgogne, et volons et otroions pour nous et pour noz hoirs au dit Roz nostre cousin et feaul et a seis hoirs que se ensi estoit que il ou ses hoirs deffallissent sens hoirs malles que leur filies dou dit chesaul de Nuefchestel tenissant et reprinsent les dit fiez en tel franchise come li diz Roz les tient de nous; et se ensi estoit que li empires ou li roys des Romans ou temps avenir demandessant riens au dit seignour de Nuefchestel ou a seis hoirs dou dit fie de lempire, que nous et nostres hoirs leur en deyvens porter guerante loyaul contre lemperaour et le roy; et promettons en bonne foy pour nous et pour nos hoirs et sur la poine de toutz les fiez

que nostre dit cusin et feaul le seignour de Nuefchestel tient de nous, de valeir et et de aidier contre totz tandis come il vodront estre a droit per devant nous; et toutes ces chouses nous lour promettons en bone foy de garder entieremant sens jamais venir encontre. En tesmogniage de laquel chouse nous havons mis nostre seel en ces pressantes lettres; faites et donnees lan que le myliaire nostre Seignour court per mil trois cent et onze, le venredy devant feste saint Jehans Baptiste.

(¹) 18 juin.

CCCXXXIII.

Pierre, fils de feu Guillaume dit Gayet, de Morat, déclare avoir vendu à Henri, domzel et seigneur de Colombier, sa part à la dîme de Montesillon, et renonce, en en exceptant les échûtes, à tout droit qu'il pouvait avoir sur ce fief qu'il tenait du dit seigneur.

NOVEMBRE MCCCXI.

Original sur parchemin aux archives du Prince. L², n^o 49.

EGO Petrus filius quondam Wulliermi dicti Gayet de Mureto, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod ego non vi, non dolo, non metu, sed sciens et spontanea voluntate mea, vendidi et me vendidisse confiteor pro me et heredibus meis imperpetuum, Henrico domicello domino de Columbier et suis heredibus partem meam quam habeo seu habere possum in decima de Montisilon, videlicet medietatem tertie partis quam predictus Wulliermus quondam pater meus tenebat in feodum a predecessoribus dicti Henrici et tertiam partem tertie partis quam tenebat Vienetus quondam awonculus meus, videlicet pro pretio triginta librarum albe monete cursibilis quas ab ipso habui et recepi in bona pecunia numerata. Devestiens me et heredes meos, et dictum Henricum et heredes suos investiendo corporaliter de eisdem, quitavi et quito totum jus quod mihi in feodum ratione dicte decime concesserat, exceptis eschetis que mihi aut heredibus meis evenire possunt, promittens pro me et heredibus meis dicto Henrico et suis heredibus quod contra dictam venditionem seu quitationem non veniam in futurum nec alicui consentire seu contravenire volenti. Renuncians omni exceptioni tam canonice quam civili et exceptioni pecunie non numerate, non solute et non date et omni alii auxilio. In cuius rei testimonium ego predictus Petrus venditor rogavi et feci apponi huic presenti scripto sigillum venerabilis capituli Novi Castri una cum sigillo viri discreti domini Wulliermi canonici et curati dicti loci Novi Castri. Datum anno Domini MCCCXI, mense novembris.

CCCXXXIV.

Jean, domzel, fils de feu Othon de Bonvilars, chevalier, déclare avoir prêté hommage à Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, pour le fief consistant en hommes, terres et cens, dont il fait ici le dénombrement.

LE XV MAI MCCCXII.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. G¹, n° 14.

EGO Johannes dictus de Binvilar domicellus, filius quondam domini Othonis de Binvilar militis, notum facio universis presentes litteras inspecturis seu etiam audituris, quod ego confiteor me tenere in feodo seu in homagio a nobili barone domino Rodulpho comite et domino Novi Castri res infra scriptas per modum qui sequitur: primo Janninum dictum Bola de Binvilar, cum suo tenemento; Girardum, Humbertum et Symonem fratres dicti Jannini Bola, cum suis tenementis; item Jaquetum dictum Ramux de Chassaignola, cum suo tenemento, item Wulliermum dictum Colar cum suo tenemento; item Rolitum dictum Barba talliabilem, cum suo tenemento; item Juhanodum dictum Saio, cum suo tenemento; item Jaquetum dictum Columbier dou Devein supra villam de Binvilar talliabilem, cum suo tenemento; item Juhanerium dictum Urtabos dou Devein talliabilem, cum suo tenemento; item Perretum dictum Rossel dou Devein talliabilem, cum suo tenemento; item Christinum dou Devein talliabilem, cum suo tenemento; item Nicholetum de sancto Mauricio talliabilem, cum suo tenemento; item Wulliermum dictum Costel talliabilem, cum suo tenemento; item Cuanodum dictum Witipier de sancto Mauricio, cum suo tenemento; item Amselmum dou Devein prope villam de Fontannes, cum suo tenemento, simul cum omnibus que ego dictus Johannes teneo vel debeo tenere acquisitis seu acquirendis a riveria dicta de le Sernon usque ad locum dictum la Doiz de la Lance, et a lacu usque ad fontem dictum dou Par, seu in campis, pratis, ochiis, ortis, vineis, arboribus, domibus, hominibus, seu censibus, quecumque sint vel possint esse in nemoribus vel in dictis campis, tam in plano quam in monte, excepto feodo domini mei Grandissoni, seu illis que invenirentur moveri a dicto domino meo Grandissoni in istis limitationibus. In cujus rei testimonium, ego dictus Johannes de Binvilar domicellus sigilla reverendi in Christo patris et religiosi domini abbatis herylacensis et venerabilis capituli ecclesie Novi Castri presentibus litteris supplicavi apponi. Nos vero dictus abbas herilacensis ordinis sancti Benedicti et dictum capitulum ecclesie Novi Castri ad preces et instantiam dicti Johannis de Binvilar domicelli, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum quinta decima die mensis maji, anno Domini MCCCXII.

CCCXXXV.

Thiébaud, sire de Neuchâtel en Bourgogne, fait alliance pour sa vie avec Rollin, seigneur de Neuchâtel au diocèse de Lausanne, promettant de l'aider de ses conseils et de ses gens de guerre.

JANVIER MCCCXII.

Original sur parch. aux arch. du Prince. A, n° 8.

Nos Thiebautz sires de Nuefchastel de la dyocese de Besencon, facons savoir a toz, que nos, considere et regarde nostre profit, havons fait aliance et confederation a noble home nostre chier cousin mon signour Rol signour de Nuefchastel de la dyocese de Losanne a toz jors, a nostre vie et a la sue, en tel forme, que tottes foiz que mestier li sara et nos en sarons requis per lui ou per son message ou per sa lettre, per quinze jors apres sa requeste, que nos li promettons per nostre sairement done corporalment sus saint evangele, aidier et consoillier lui et a ses genz en plait et en armes et senz armes, a grant force et a petite, en guerre et en toz bestanz que li diz R., aura au tens a venir, en toz lues, coment que ce soit, por le fait dou dit R., ou a lui apertinent; encor li promettons per nostre dit sairement lui et sa gent receptor en noz maisons et en noz forteresces, nos et nostre terre, grant force et a petite, aler avoi lui contre tottes genz, exceptez nobles homes, cest a savoir mon signour mon si Jehan de Chalon signour dAllay, Jehan signour de Monfaucon et Jehan de la Roiche signour de Chastillion; encore promettons aut dit R., lui et sa gent ou que il saroient en non de lui et por lui receptor en noz chasteaus et en noz forteresces per tot lai ou meillours li sara, a grant force et petite, contre tottes genz sanz contre ces dessus diz et contre ces de cui tenons noz dites forteresces; la quel aleance dessus dite, nos promettons tenir et garder per nostre sairement dessus dit bien et loyalment, et que nos procurerons le profit dou dis R., en la maniere dessus dites, et que contre cestes lettre ne contre ces covenances nos ne vcnrons ne farons aler. En tesmoignage de la quel chose nos havons mis nostre seel en ces presenz lettres faites et donnees lan nostre Signour corent per mil ccc et doze, ou mois de janvyer.

(¹) 1515.

CCCXXXVI.

***Richard de Saint-Martin, doyen de Neuchâtel, prête pour son décanat
hommage lige à l'évêque et à l'évêché de Lausanne.***

LUNDI APRÈS LA FÊTE DES SAINTS FABIEN ET SÉBASTIEN MCCCXIII. (1)

Original sur parchemin aux archives de Lausanne, n° 2, layette Neuchâtel.

IN nomine Domini amen. Anno incarnationis ejusdem mccc decimo tercio, indictione xi, die lune post festum beatorum Fabiani et Sebastiani, Lausanne, in capitulo fratrum predicatorum lausannensium, in presencia mei notarii publici et testium subscriptorum, personaliter propter hoc constitutus vir venerabilis Richardus de sancto Martino decanus Novi Castri, intervenit homagium ligium reverendi in Christo patris ac domini domini Petri, Dei gratia lausannensis episcopi recipientis, suo et episcopatus lausannensis nomine; dignovitque ab eodem in feudum ligium tenere decanatum Novi Castri predictum, et promisit eidem domino episcopo suisque successoribus fidelitatem et obedientiam ratione decanatus predicti et eum juvare et deffendere prout onus dicti feudi requirit. Presentibus ad premissa viris discretis magistro Jacobo de Mentone decano de Adventhica, Stephano de Albona decano de Ultra Venopiam, Perilliodo de Estaviaco clerico, Francisco senescallo, lausannensi domicello, et pluribus aliis vocatis testibus et rogatis. Et ego Johannes Cononis de Orba lausannensis diocesis clericus, imperiali auctoritate notarius publicus, premissis omnibus et singulis presens interfui, unacum dictis testibus et inde hoc instrumentum publicum confeci, scripsi signoque meo consueto signavi rogatus una cum sigillo venerandi viri domini Wulliermi decani lausannensis. Actum anno, indictione, die et loco predictis. Nos autem Wulliermus decanus lausannensis ad preces prefati Richardi decani Novi Castri sigillum nostrum una cum signo dicti notarii presenti instrumento duximus apponendum. Datum Lausanne ut supra.

(1) 22 janvier.

CCCXXXVII.

Rollin, co-seigneur d'Estavayer, fils de feu Girard, co-seigneur du dit lieu, déclare qu'il a vendu à Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, ses droits sur la pêche de l'Areuse et ceux qu'il a sur Pontareuse et Vermondens, y compris les hommes, terres et cens, excepté la dîme de Vermondens.

JUIN MCCCXIII.

Original sur parchemin aux archives du Prince. Y^s, n° 6.

EGO Rolinus condominus Staviaci filius quondam Girardi condomini dicti loci, notum facio universis presentibus et futuris quod ego non vi, non dolo, nec metu ductus et non aliquatenus circonventus, sed in sana memoria constitutus, sciens et spontaneus, de laude et consensu Marie uxoris mee, totam advocatiam de Pontarousa et de Warmondens cum omni jure piscarie aque de fluvio qui dicitur Arousa, quod habeo a gurgite communi superius cum omnibus juribus et pertinentiis dictarum villarum advocatie et piscarie, videlicet censibus, redditibus, hominibus, terris, pratis, campis, nemoribus, vineis, aquis, aquarum decursibus et universis et singulis aliis rebus ubicunque sint et quocunque sint et quocunque nomine censeantur, que in dictis villis et aqua et confinio earundem habeo vel habere debeo quoquo modo, excepta calumpnia quam habeo seu habere possum vel debeo in decima de Warmondens, prout omnia predicta dictus Girardus pater meus tempore preterito tenuit et possedit, illustri viro domino Rodulpho comiti et domino Novi Castri et heredibus suis in perpetuum pro me et heredibus meis vendidi et titulo pure venditionis tradidi pro quatercentum libris lausannensis monete bone et legalis, de quibus confiteor me recepisse et habuisse a dicto domino Rodulpho integrum pagamentum et perfectam solutionem tali modo, videlicet ducentas libras dicte monete mihi solutas ob hanc venditionem in bona pecunia numerata et ducentas libras dicte monete pro quadam emenda in qua tenebar dicto domino Rodulpho et suis heredibus pro quadam multitudine animalium et aliarum rerum sibi captarum et ablatarum a predicto patre meo et ejus coadjutoribus, prout dicebat dominus Rodulphus predictus, que emenda fuit moderata et misericorditer taxata et mihi a predicto comite et gentibus suis quittata et remissa ob venditionem predictam. De quibus advocatia et piscaria cum omnibus predictis et pertinentiis suis universis, prout superius narrantur, devestivi me vel quasi et heredes meos, dictumque dominum Rodulphum comitem et heredes suos corporaliter investiendo vel quasi de eisdem, animo dictarum rerum venditarum dominium in dictum comitem et heredes suos totaliter transferendi; promitto siquidem et promisi solempni stipulatione et per juramentum meum super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum, quod contra predictam venditionem seu contra presens instrumentum aut contra predicta seu

aliquid de predictis non veniam per me vel per alium, clam seu palam nec aliquatenus consentiam contra venire volenti, sed dicto domino Rodulpho et ejus heredibus ego et heredes mei erimus de dictis advocatia et piscaria cum suis pertinentiis universis et singulis werentes boni et legitimi in judicio et extra contra omnes; hoc salvo tamen, quod contra serenissimum principem dominum regem Romanorum non me astringo esse werentem de predictis rebus venditis, nisi in tantum quod si dicta vendita auferret de jure dictus rex dicto domino Rodulpho aut ejus heredibus ad requisitionem suam, ego et heredes mei juramento quo supra tenemur, promissimus et promittimus dictam pecuniam ducentarum librarum, ut premittitur, mihi solutarum, reddere et solvere omni impedimento procul moto, ita tamen quod dictus dominus Rodolphus mihi debet tradere possessionem qualem haberet de rebus predictis sibi a me venditis tempore requisitionis predictae. Quitto autem et absolvo totaliter ego dictus Rolinus condominus Staviaci pro me et heredibus meis per presentes una cum venditione predicta pro pecunia inde habita, modo et forma quibus supra, dictum dominum Rodolphum comitem et dominum Novi Castri et heredes suos, pacem et concordiam cum eis integre faciendo ab omnibus debitis querelis, actionibus, controversiis et querimoniis quas ego et predecessores mei habebamus seu habere poteramus aliqua de causa quoquo modo contra dictum comitem et predecessores suos de toto tempore preterito usque ad diem confectionis presentium, annuens et concedens quod si aliqua instrumenta tam super debitis quam super aliis actionibus inventa fuerint per que dictus comes aut sui predecessores mihi vel predecessoribus meis in aliquo tenerentur de cetero contra ipsum comitem et heredes suos, nullius sint momenti vel valoris, sed dicta instrumenta sibi promitto et teneor reddere et ipsis instrumentis per presentes arrenuntio penitus expresse. Arrenuntio autem in hoc facto exceptioni non numerate, non tradite et non solute pecunie, doli mali, metus et in factum, exceptioni minoris etatis, beneficii restitutionis in integrum, juri dicenti deceptis et non decipientibus jura debere subveniri, constitutioni qua cavetur quod deceptus ultra dimidiam partem justii pretii potest petere quod venditio rescindatur, vel quod defectus justii pretii suppleatur, juri que dicenti generales renunciaciones non valere nisi precesserint speciales, et omnibus aliis exceptionibus juris canonici et civilis et omni consuetudini patrie que mihi et heredibus meis possent competere in hac parte et dicto comiti et suis heredibus prejudicium generare; volo insuper et concedo pro me et heredibus meis quod si in presenti instrumento aliquid fuerit obmissum, obscurum, superfluum vel inepte formatum vel positum, quod illud suppleatur, declaretur, intelligatur, exponatur et interpretetur in favorem dicti comitis et ejus heredum et commodum eorumdem; promittens vi prestiti juramenti quo supra omnia predicta observare et facere observari. Ego vero predicta Maria uxor dicti Rolini predictam venditionem a dicto Rolino marito meo dicto domino Rodulpho comiti, ut premittitur, factam laudo, approbo et eam ratifico, promittens per juramentum meum super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum quod contra hujusmodi venditionem seu contra predicta vel aliquid de predictis aut contra presens instrumentum non veniam per me vel per alium in futurum; renuncians in hac parte legi Julie in favorem mulierum introducte. In quorum omnium testimonium, nos predicti Rolinus condominus Staviaci et Maria ejus uxor,

quia propria sigilla non habemus, sigilla nobilium virorum domini Petri patris mei dicte Marie et domini Renaldi patris nostri condominorum Staviaci ac venerabilis viri et discreti domini Jacobi decani de Adventica presentibus litteris rogavimus et fecimus poni. Nos autem prefati Petrus et Renaldus condomini Staviaci et Jacobus decanus de Adventica sigilla nostra ad preces et instantiam dictorum Rolini condomini Staviaci et Marie ejus uxoris presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno incarnationis Domini MCCCXIII, mense junii.

CCCXXXVIII.

Hugues, fils de feu Othon de Pontarlier, chevalier, tout en réservant la fidélité qu'il devait à plusieurs seigneurs, déclare être entré en l'hommage de Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, pour des hommes et des terres qu'il a reçus de lui en fief.

CINQUIÈME FÉRIE APRÈS LA FÊTE DES SAINTS PIERRE ET PAUL MCCCXIV. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. E¹, n° 30.

EGO Hugo filius quondam domini Odonis de Pontisalia militis, notum facio universis presen scriptun inspeturis, quot ego diligenti deliberatione animi prehabita, inspecta in hac parte utilitate mea, intravi homagion illustri viro domini mei karissimi domini Rodulphi domini Novi Castri et fidelitaten sibi feci et juravi ore et manu, fidelitatibus dominoron meoron videlicet comitis Burgondie, domini Lodovici de Sabadia, domini Waudi, domini Juris, domini Husees, Humberti de Jur, domini de Chestellon en Guyate, Wulliermi de Lusye, et abbantis Montis sante Marie duntaxat exceptis, et ab eo recepi, et me recepisse confiteor et tenere in feodon homines meos filios quondam Benedicti de Ostal, cum eoron bonis et possessionibus et eoron tenemento, quod se extendit in dicta villa et confinio de Hostal ad quindecim jugera terre tan arabilis quam pratoron una cum vingiti solidatis terre que michi debentur annuatim, assinatis super casale in co domus Jaquini dicti Maignin de Pontisalia sita est, et super casale in quo domus Rechardi dicti Hermita in dicta villa sista est, et confiteor me tenere a dicto domino meo sessatinta solidatas terre ab stephaniension censuales asinatas super pedagion suum de valle transversa quas michi dictus dominus meus dedit et contulit in augmentationem feodi supradicti michi et heredibus meis in futuron, promittens fide mea prestita corporalis ditan fidelitaten, et omagion predictum dito domino meo fideliter servare et eum juvare sicut vasallum decet erga dominum suum se habere et quod contra predita seu aliqua de preditis non venian in futuron. In cujus rei testimonium sigilla virorum discretoron domini Cononis curie sancti Benigni Pontisallie et domini Petri curie

santi Stefani ejusdem loci litteris presentibus rogavi et feci precibus meis apponi. Dautum anno Domini mccc catuor decimo, feria quinta post festun beatoron Petri et Pali apostoloron.

(¹) 4 juillet.

CCCXXXIX.

Dispositions pour cause de mort extraites du codicile de Renaud de Bourgogne, comte de Montbéliard, en faveur de Guillemette, fille de Amédée, seigneur de Neuchâtel, et de son frère Rollin, seigneur du dit lieu.

DIMANCHE APRÈS LA DÉCOLLATION DE SAINT JEAN MCCCXIV. (¹)

Copie vidimée sur papier aux archives du Doubs, titres de la maison de Châlon. Transsumpt sur parchemin aux archives du Prince. S^s, n^o 4 et J^s, n^o 7.

Nous voulons et ordonnons que ma bien aïmée dame Guillemette ma femme comtesse de Montbéliard ait et tienne le chatel et la ville de Héricourt et mille livres de terres; lesquelles mille livres de terre je veux et ordonne que cinq cens luy en soient assises et assignees sur la dite ville de Héricourt et sur les appartenances dicelle et sur les plus prochain villes, finaiges et territoires, issues et appartenances de la dite ville de Héricourt, au regard dedit monseigneur Hugues nostre frere ou de deux chevaliers ou de deux autres personnes convenables que le dit monseigneur Hugue voudra pour faire le dit assignat; et celui doit estre compte ni estime en point de value le dit chatel d'Héricourt; et les autres cinq cens livres de terre je lui assigne sur mes rentes du puits de Salins, et veux et ordonne que la dite comtesse ma femme ait et tienne en sa vie tant seulement pour son douaire le chatel et ville de Sallieres en échange de Montflour que je lui avais devant assigne pour son douaire, lequel Montflour j'ai donne a Aliz ma fille dessus dite pour raison du mariage qui se doit faire d'elle et Jean de Chalon comte d'Auxerre. Encore ay donne et donne a la dite comtesse ma femme avec les dits chatel et ville de Sallieres en nom de douaire toutes les appartenances des dits chatel et ville de Sallieres, et apres le deces de ma dite femme, le dessus dit douaire doit revenir a Othenin et a Alix et Marguerite et Agnes mes filles, ou a leurs hoirs. Encore donne et outroye a ma dite femme davantage de mes biens meubles tous les joyaux quelle a par devers elle et avec cela encore la moitié de mes biens meubles en telle maniere quelle paie la moitié des dettes que je dois et demeureront de moi selon les usages et coutumes de Bourgoigne.

..... Item vuil et comant que messire Raoulz de Nuefchesteal, mes freres et freres de la dite contesse ma feme ait a toz jours mais en perpetuel heritaige pour

lui et pour ses hoirs dous cent livres de terre pour tout lou droit, raison et action que il havoit, povoyt ou devoit avoir en quelque meniere que ce fut sus moi ou ou contey de Monbeliart et en toute la terre que li cuens Thierrri tenoit quelque part que ce fut de part le dit contey ou de part cui que ce fut que il y pehut avoir point de droit, et en touz les moubles dou dit conte et de part atrui auxi, lesquels dous cent livres de terre je comant que eles li soient assignees pour lui et pour ses hoirs sus rentes de deniers contanz sus la rente que je hai ou poix de Laon lou Saunier ou de Salins, senz faire point de tort ou de prejudice a ces que de part moi ont acunes rentes et heritaiges ou a vie sus les diz poix et sanz ans de riens dessaisir; et les doit tenir li diz messire Raoul il et sui hoirs en fie de celui de mes hoirs qui sara sires de Monbeliart et de ses hoirs, et havoine tout ce je vuil et comant que on li bailloit mil livres en deniers contanz a chief de lam apres mon deces, et pour raison des dictes deux cent livres de terre et des dictes mil livres il doit faire si bones lettres de quittance come on porray meillours aintes que on li delivroit les dictes deux cent livres de terre et bailloit les dictes mil livres a reguart de saiges clers qui saichent droit, tex come mes dit freres y vouray mettre pour ce faire. La debte dou quel codiciele est telx. Ce fut fait et doney ou chesteal de Grainges en la chambre dou dit comte, lay ou il gisoit dessus la sale dou chesteal, lou jour dou dyomoiche apres feste saint Jeham deconlacion lam nostre Seignour mil ccc et quatorze.

(¹) 1^{er} septembre.

CCCXL.

Jean de Suceve, chevalier, fait serment entre les mains de Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, de garder loyalement le château de Champvent pour le profit de Jean de Champvent, mari de Catherine, fille du dit Rodolphe, et promet de remettre à celui-ci le château de Champvent en cas de mort de Jean, seigneur du dit lieu.

VENDREDI APRÈS LA FÊTE DES APOTRES PIERRE ET PAUL MCCCXV. (¹)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. Y⁶, n^o 12.

JE Jehanz filz mon seignour Pierre de Suceve chevalier fais savoir a touz, que come je heusse le sairement a noble home et saige mon bien ame seignour mon seignour Girart dArguel chevalier, de garder le chastel de Champvent bien et loialment pour Jehan fil cay en arriers Hombert de Champvent escuier, je de la volunte et dou commandement dou dit monseigneur Girart et dou dit Jehan de Champvent, le sairement en la maniere que je le avoi fait en la main dou dit mon seignour Girart lai fait en la main de noble baron et saige monseignour Ro., seignour de Nuefchastel, et hai promis et promet au dit mon seignour Ro., par mon

sairement fait et done sus sainz evangiles corporelment, le dit chastel de Champvent garder bien et loialment pour le profit doudit Jehan de Champvent, de Katherine ⁽²⁾ sa feme, fille dou dit mon seigneur Ro., et pour lour. Et se ansi estoit que il avenist que il deffaillit dou dit Jehan de Champvent per mort, je de la volunte et dou comandement dou dit mon seigneur Girart et dou Jehan ausi, hai promis et promet per mon dit sairement au dit mon seigneur Ro., le dit chastel de Champvent rendre et baillier senz aler encontre por raison dou douaire de Katherine sa fille, feme dou dit Jehan de Champvent. En tesmoignaige de la quel chose je li diz Jehanz de Suceve hai requis mon devant dit seigneur mon seigneur dArguel chevalier, et religieuse personne et honeste le priour de Baume en la dyocese de Losanne, que metent lour sealx en cex presentes lettres; et nous li diz Girars dArguel chevaliers et li diz priours, a la requeste dou dit Jehan de Suceve, havons mis nostre sealx en cex presentes lettres faite et donnees ou chastel de Chalemont, lan nostre Seigneur corrant per mil trois cenz et quinze, ou moys de juillet, le venredi apres la feste des apostres saint Pierre et saint Pol.

(1) 4 juillet.

(2) Catherine mourut en 1595: « Anno Domini mcccxcv, mense decembris, obiit illustris domina domina Katerina comitissa Novi Castri, et ita apparet quod ipsa vixit nonaginta duos annos, cum sit nata anno ccciii, nisi forte fuerit alia domina ejusdem nominis.» (Chronique du Chanoine anonime.)

CCCXLI.

Jehan de Champvent, domzel, declare qu'il a fait don, pour cause de noces, à sa femme Catherine, fille de Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, du château de Champvent et de celui de la Moute, et de tous les droits qu'il pouvait avoir dans les diocèses de Lausanne et de Genève, pour en jouir, sa vie durant, en toute liberté.

SAMEDI APRÈS L'OCTAVE DE L'ASSOMPTION DE LA VIERGE MARIE MCCCXV. (1)

Copie vidimée et non signée sur papier aux archives du Prince. K^s, n° 8, 23.

Nos officialis curie bisuntine notum facimus universis presentes litteras inspecturis et auditoris, quod coram Jacobo de Thalemay clerico Salinis commisso notario, curie nostre bisuntine jurato, mandato nostro ad hoc specialiter deputato, cum quantum ad infra scripta et majora, vices nostras commisimus et committimus per presentes litteras et fidem super hoc adhibemus plenariam, propter hoc personaliter constitutus et ad hoc principaliter veniens nobilis domicellus Johannes dictus de Chanvènz confitens se majorem sexdecim annis, non cohactus, non deceptus, nec circumventus, non in aliqua vi, dolo, metu seu precibus inductus, sed sponte et ex certa scientia, confessus est in jure coram dicto mandato nostro et publice recogno-

vit se fecisse et constituisse Katherine uxori sue, filie nobilis viri domini Rodulphi domini de Novo Castro transjurensi dotalitium seu donationem propter nuptias de bonis et rebus infra scriptis, videlicet de castro de Chanvant, de castro de la Moute cum omnibus et singulis appertinentiis et appenditiis predictorum castrorum, necnon de omnibus et singulis juribus, actionibus, reclamationibus, justiciis, et dominiis, que, quas et quantas habet, habiturus est, habere potest seu debet tam in provinciis lausannensis et gebennensis diocesum quam earundem partibus provinciarum, tam in bonis, censibus, tailliis, furnis, aquis, silvis, pratis, campis, molendinis, feodis, retrofeodis, justiciis, dominiis, quam in aliis redditibus et juribus quibuscunque, seu etiam quocumque nomine censeantur, que predicta omnia et singula predictus Johannes dat, cedit et concedit predicte Katherine uxori sue, nomine dotalicii sui seu nomine donationis propter nuptias, ad vitam ipsius Katharine duntaxat, et fructus omnium et singularum rerum predictarum ex nunc suos faciat pacifice et quiete et sine contradictione aliqua qualicumque; que predicta omnia et singula prout sunt expressa et superius declarata, dictus Johannes pro se et suis promisit per juramentum suum ad sancta Dei evangelia propter hoc corporaliter prestitum, sollempnique stipulatione interveniente, firmiter tenere et inviolabiliter observare nec se contra premissa venire vel premissorum aliquid aliquatenus per se vel per alium in futurum nec alicui contravenire volenti consentire. Renunciando in hoc facto dictus Johannes per juramentum suum iterato ad sancta Dei evangelia propter hoc corporaliter prestitum, omni exceptioni doli mali et in factum actioni, deceptioni, lesioni circonventionisque, metus causa, beneficio restitutionis in integrum, pretexto minoris etatis, conditioni sine vel minus sufficienti causa, juri dicenti donationem quingentos aureos excedentem debere actis insinuari, donationemque propter ingratitudinem factam posse revocari, et omnibus aliis exceptionibus, deceptionibus, rationibus, allegationibus et cautelis juris et facti et consuetudinis que contra presentes litteras possent objici vel hoc factum, juri que generalem renunciationem reprobanti. Voluitque et sponte concessit dictus Johannes quod nos ipsum heredem et successores suos ad observationem omnium et singulorum premissorum per excommunicationis sententiam compellamus et compelli faciamus, exceptioni aliqua non obstante, se, heredes et successores suos quoad hec jurisdictioni curie bisuntine supponendo ubicunque se transferat vel divertat seu etiam suam faciat mansionem. In cujus rei testimonium nos officialis predictus ad requisitionem dicti Johannis nobis per relationem dicti mandati nostri factam, sigillum curie nostre bisuntine presentibus litteris duximus apponendum. Datum die sabbathi post octavam assumptionis beate Marie virginis, anno Domini MCCCXV, presentibus nobili viro domino Richardo de Mugueto, domino de Montsaujon, domino Petro de Disio, domino Petro de Audelat, militibus, Guydo de valle transversa clerico canonico ecclesie Novi Castri transjurensis, testibus ad hec vocatis a dicto mandato nostro specialiter et rogatis.

(⁴) 23 août.

CCCXLII.

Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, se reconnaît débiteur envers Jeannot d'Avenches, pour du froment, du seigle et de l'avoine qu'il avait acheté de lui.

TROISIÈME FÉRIE AVANT L'ASCENSION MCCCXVI. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. T^o, n^o 43.

Nos Rodulphus comes et dominus Novi Castri, notum facimus universis quod nos debemus et debere confitemur Johanodo de Aventica dicto de Montpreveiro, quater viginti et tres libras bonorum lausannensium, ex causa venditionis sexdecim modiorum boni frumenti, decem et octo modiorum siliginis et triginta modiorum avene ad mensuram de Aventica, nobis ab ipso Johanne venditorum et deliberatorum, quam pecuniam dicto Johanodo aut suis heredibus solvere promittimus, fide data corporali nomine juramenti, infra festum beati Andree apostoli proximo venturum. Et si in dicta solutione dicto termino deficeremus, quod absit, et dictus Johanodus dictam pecuniam post dictum terminum mutuo acciperet videlicet libram quamlibet in qualibet ebdomada pro duobus denariis dicte monete, nos dictum Johanodum et heredes suos super dicto mutuo promittimus et tenemur fide qua supra indempnes totaliter observare, et sibi super ipso mutuo credere suo simplici juramento omni alia probatione cessante. Et super hoc melius attendendo, dedimus et damus dicto Johanodo et suis heredibus bonum fidejussorem, obsidem, redditorem et principalem debitorem, videlicet Wuillermum Girardi burgensem de Mureto et ejus heredes, tali forma quod si in dicta solutione dicto termino deficeremus, quod Deus avertat, dictus Wuillermus Girardi aut heredes sui ad requisitionem dicti Johannis aut heredum suorum tenentur, et promisit dictus Wuillermus Girardi fide data corporali nomine juramenti, post dictum terminum tenere hostagia apud Muretum sive apud Aventicam ubi dictus Johanodus maluerit per quindecim dies continuos et sequentes, quibus quindecim diebus elapsis, tenetur dictus Wuillermus aut heredes sui reddere ibidem dicto Johanodo aut suis heredibus fide qua supra bona vadia pacis ductoria sive portabilia, de quibus si venalia traherentur, dicta pecunia una cum dictis duobus denariis pro qualibet libra ac etiam cum expensis in hostagiis factis seu faciendis posset totaliter inveniri et haberi. Et ego prefatus Wuillermus Girardi ad preces et requisitionem dicti domini Rodulphi constituo et obligo me et heredes meos in manus predicti Johanodi et heredum suorum fidejussorem, obsidem, redditorem et principalem debitorem super dictis quater viginti et tribus libris lausannensibus et super dictis duobus denariis pro qualibet libra, si dictus Johanodus dictam pecuniam mutuo acciperet, prout plenius superius declaratur. Renuncians penitus in hac parte pro me et meis heredibus juri dicenti debitorem principalem primo debere conveniri quam fide-

jussorem. In cujus rei testimonium nos Rodulphus supradictus pro nobis sigillum venerabilis capituli ecclesie Novi Castri una cum sigillo nostro presentibus rogavimus et fecimus precibus nostris apponi. Et ego Wuillermus Girardi sepedictus pro me sigillum meum huic scripto duxi appendendum. Datum feria tertia ante ascensionem Domini, anno ejusdem MCCCXVI.

(¹) 18 mai.

CCCXLIII.

Henri dit Zehslin, de Underswiler, déclare que les gens de l'évêque de Strasbourg l'ayant détenu prisonnier avec son compagnon et tué leur valet, le comte Raoul de Neuchâtel avait promis à cet évêque, sous la garantie de sa terre, qu'il ne lui arriverait aucun dommage de la part de ces prisonniers; en conséquence, ceux-ci promettent au dit comte de le préserver de tout mal, à raison de ce cautionnement.

SAMEDI AVANT LA NATIVITÉ DE SAINT JEAN-BAPTISTE MCCCXVI. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. M⁷, n° 26.

JE Henri dit Sehszelin de Underswilre, fai savoir a toz ces qui verront ces present lettres, que come les genz et li home de redote pere en nostre Signour Jhesucrist monseignour Jehan avesque de Estrabor haussent pris et detenu en prison a Stafelvelt moi et Niecelin mon compagnon et ocis nostre garcon, et nobles hons messires messi Rol cons et sires de Nuefchastel, de la dyocese de Losanne, hait promis au dit evesque que a lui ne ha ses genz per achoison de la dite prison, de la mort ausi de nostre dit garcon, de lui, ne de ses gent, ne de moi, ne de dou dit Niecelin et de nostres amis ne venra mauz ne damaiges au dit avesque ne a ses gent au tens qui est a venir, et sore celi dit messires Rol hait obligie lui et toute sa terre, que ausi promet per mon sairement fait corporalment sus saint evangele de tenir et de garder et faire a tenir et a garder a mes amis bien et loyalment la promesse devant dite et on promet de garder le devant dit monsignour Rol et ses gent de toz les damaiges que il diroyent par lour simple parole que lour saroyent avenuz per la raison et par lachoisson de la prison et de la mort de nostre dit garcon et de la promision devant dite, et por ce miez a tenir et a garder, je en hai obligie et oblige moi et toz mes biens mobles et non mobles present et a venir en quelque leu que il saroyent ou porroyent estre trovez en la main de mon signour Rol devant dit. En tesmoignage de laquel chose je hai fait a mettre par mes proyes en ceste present lettre le sel de religieuse personne de mon si Nicholas abbe de lile et de mon sire Henri curie de saint Moris. Et nos li diz N., abbas et

Henris curiez a la proiere dou dit Henri Sehszelin havons mis nostres sez en ceste presente lettre faite lant nostre Signour mccc et sez, le sambedi devant la nativite saint Jehan Baptiste.

(¹) 19 juin.

CCCXLIV.

Léopold, duc d'Autriche, prononce comme arbitre sur des difficultés existant entre Gérard, évêque de Bâle, et Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, et détermine les limites de leurs terres.

VEILLE DE SAINT JEAN-BAPTISTE MCCCXVI. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. L⁵, n^o 28.

Nos Lupoldus Dei gratia dux Austrie et Styrie, dominus Carniole, Marchie ac Portusnaonis, comes in Habsburg et Kyburg necnon lantgravius superioris Alsatie generalis ad universorum presens scriptum intuentium noticiam cupimus pervenire, quod cum a reverendo in Christo patre ac domino nostro domino G., basiliensi episcopo suo et ecclesie sue nomine, ab adjutoribus et fautoribus suis ex una, et a viro spectabili Rudolfo comite Novi Castri ab adjutoribus et fautoribus suis ex parte altera, super controversiis suis et dissensionibus universis sub turbatione personarum et rerum non modica huc usque habitis inter eos, sponte sit in nos et libere compromissum ut controversias et dissensiones ipsas amore vel justicia decidere valeamus, prout ex forma compromissi colligitur evidenter, nos cum utraque partium se ratum tenere nostrum arbitrium seu pronunciationem sacramento corporaliter prestito astrinxerit et duorum milium marcarum argenti penam in se susceperit, ac super complendis hiis fidejussoriam nobis dederit cautionem, equitate suadente, sub amica mansuetudine potius quam rigore, partes hujusmodi discordantes ad pacis et concordie pulchritudinem revocare volentes, de prudentum virorum consilio juris rigore dimisso amicabiliter arbitramur, pronunciamus et sub pena supra posita precipimus in hec verba : volumus et jubemus ut dominus episcopus basiliensis et Rudolfus comes Novi Castri inter se, adjutores et fautores ipsorum, veniant et persistent in pure ac sincere amicitie unionem perpetuo duraturam. Volumus etiam ut idem comes universos homines nobiles et ignobiles quos de acie seu exercitu cepit episcopi, sine dilatione pristinae restituat libertati, sic quod ipse infra octo dies vel quamprimum potest sine dolo versus Slosberg sub sua securitate conducat eosdem. Et si qui ex ipsis captivi sunt exerediti, hii et fidejussores eorum cum restitutione litterarum, si quas dederunt, liberi esse debent. Et si qui de captivis, per se, per fidejussores, per litteras vel per cautionem quamecunque aliam aliquas contraxerunt expensas, illas ipsi solvant. Captivi vero qui pasti pane et aqua, turribus seu arcamentis aliis detinentur, sine solutione expensarum hujus modi

liberi dimittantur. Volumus etiam et jubemus ut prefatus comes pro se et suis heredibus, dolo et fraude semotis, omni actioni seu impetitioni quam in Oppido novo sub castro Slosberg de novo constructo habuit vel videbatur habere per suas patentis litteras renunciaret in manus domini episcopi basiliensis, suo et ecclesie sue nomine, renunciationem recipientis eandem, sic quod ipsi, episcopus et basiliensis ecclesia idem oppidum cum suis attinentiis libere et quiete valeant possidere. Et in recompensam renuntiationis hujusmodi dicimus memoratum comitem et suos heredes ab homagii debito quo basiliensi ecclesie tenebantur liberos et immunes. Ordinavimus etiam pro prefate amicitie firmitate, quod predictus comes universos suos redditus et jura quocumque nomine censeantur, quos et que a rivo dicto Vauz citra versus Slosberg et ultra possidet aut possedit, in prenotatum dominum episcopum et ecclesiam basiliensem transferat pleno jure, sic quod idem episcopus ad honorum virorum ad hoc per nos specialiter eligendorum arbitrium, pro duarum marcarum redditibus trium marcarum redditus in loco vicinici quo potest circa opidum Novi Castri a latere versus Slosberg donet seu refundat eidem. Si vero episcopus inter opidum Nuwenburg et prefatum rivum Vauz, tantum de redditibus quo premissa refunderet non haberet ex tunc per paratam pecuniam, juxta consuetam terre estimationem seu taxationem de emendis bonis inibi et vendendis defectum hujusmodi supplere tenetur. Volumus etiam et jubemus ne ullo unquam tempore memoratus dominus episcopus vel sui in basiliensi ecclesia successores aut prelibatus comes vel sui heredes inter rivum prefatum Vauz et rivum Vilie, civitatem, castrum, opidum, munitionem seu fortalitium aliquid erigant aut edificent quoquo modo. Volumus etiam ut idem comes vel sui heredes infra opidum Nuwenburg et rivum de Vilie infra trium annorum a data presentium numerandorum spatium, munitionem seu fortalitium aliquid de novo erigere non presumant. Decernentes ut ob hoc et ob causas alias memoratas, idem dominus episcopus de quinquaginta marcis argenti solvendis infra quatuor septimanas a data presentium numerandas, et de quinquaginta marcis argenti solvendis ab inde infra proximas quatuor septimanas, necnon de quinquaginta marcis argenti solvendis etiam ab inde infra proxime continuas quatuor septimanas, satisfaciat comiti vel suis heredibus memoratis. Volumus etiam ut episcopus vel sui successores ultra rivum Vilie versus Nuwenburg, aut prefatus comes vel sui heredes ultra eundem rivum versus Slosberg infra prescriptum trium annorum spatium, de bonis ypothecas aliquas non ineant aut bona aliqua comparent interim vel permutent. Volumus etiam ut predictus episcopus vel sui successores in bonis comitis prenotati, vel ut idem comes aut sui heredes in bonis ecclesie basiliensis ullo unquam tempore, munitionem, civitatem, castrum, opidum, vel fortalium aliquid de novo erigere vel construere non presumant. Volumus etiam et sub pena premissa duorum milium marcarum argenti, precipimus ac mandamus ut universi et singuli supradicti articuli infra quindenam a die dominica proxima computandam, ab utraque partium modis omnibus et cum effectu debite compleantur. In quorum omnium premissorum evidentiam atque robur, nostrum sigillum duximus presentibus litteris appendendum. Datum in Bielle, in vigilia beati Johannis Baptiste, anno Domini MCCCXVI.

(¹) 25 juin.

CCCXLV.

Gérard, évêque de Bâle, déclare avoir nommé ses procureurs qu'il désigne ici, pour exécuter envers Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, les articles de la sentence arbitrale rendue par le duc Léopold d'Autriche.

DIMANCHE XI JUILLET MCCCXVI.

Original sur parchemin aux archives du Prince. S^o, n^o 1.

Nos Gerhardus Dei gratia basiliensis ecclesie episcopus, notum facimus universis quos nosse fuerit opportunum, quod nos, nostro et ecclesie nostre basiliensis nomine, facimus, constituimus et ordinamus prout melius et firmiter possumus, strenuos milites Johannem de Nuwenstein, villicum nostrum apud Byelle, necnon Othonem et Hymerium castrenses nostros apud castrum nostrum Slosberg et fideles dilectos, ac dominum Wernherum sacerdotem cappellanum nostrum ibidem, presentes et mandatum suscipientes et eorum quemlibet in solidum, procuratores nostros et nuncios speciales ad perficiendum, complendum et peragendum illustri viro domino Rudolfo comiti Novi Castri, omnes et singulos articulos ex parte nostra, nomine quo supra, complendos ex forma et tenore sententie arbitralis inter nos, nomine quo supra, et dictum dominum Rudolfum, per excellentissimum principem dominum Lupoldum ducem Austrie et Styrie super nostris mutuis querelis et controversiis prolata, necnon ad suscipiendum et recipiendum e converso ab eodem domino Rudolfo vel procuratoribus suis, pro nobis, nomine nostro et ecclesie nostre, omnia ea et singula que idem dominus Rudolfus ex forma ejusdem sentencie nobis perficere et implere tenetur, et ad peragendum, adimplendum et perficiendum in predictis et circa predicta quicquid nos ipsi in premissis et circa premissa presentialiter perficere et complere possemus vel etiam deberemus; concedentes dictis nunciis et procuratoribus nostris et cuilibet eorumdem in hiis omnibus et singulis, liberam administrationem et plenam proprietatem, et plenum, liberum ac speciale mandatum, et promittimus pro nobis nostrisque successoribus ratum, gratum, firmum et stabile perpetuo habere et tenere sub ypotheca rerum nostrarum et ecclesie nostre predictae, quidquid per eosdem procuratores et eorum quemlibet actum seu gestum fuerit in premissis. In quorum omnium testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum et actum anno Domini MCCCXVI, die undecima mensis julii, videlicet dominica post octavas beatorum Petri et Pauli, apostolorum.

CCCXLVI.

Girard, évêque de Bâle, reconnaît que le comte Rodolphe de Neuchâtel et ses successeurs sont affranchis de tout hommage envers lui, suivant la sentence du duc Léopold d'Autriche.

XI JUILLET MCCCXVI.

Copie vidimée sur parchemin aux archives du Prince. N^o, n^o 5.

Nos Gherardus Dei gratia ecclesie basiliensis episcopus notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum excellentissimus princeps et dominus dominus Lupodus, Dei gratia Austrie et Stirie dux, inter cetera que super querelis et controversiis que inter nos et illustrem virum dominum Rodolphum comitem Novi Castri vertebantur dixit et diffinivit et pronuntiavit, ipsum dominum Rodolphum et suos heredes, ab homagii debito quo basiliensi ecclesie tenebantur et fuerunt astricti, liberos et immunes pronuntiavit in sua sententia arbitrari, nos sententie dicti domini ducis parere volentes, predictum dominum Rudolphum et suos heredes nostro et successorum nostrorum nomine pronunciamus in his scriptis ac dicimus a prestatione homagii predicti in quo nobis et ecclesie basiliensi tenebantur liberos et totaliter absolutos, absolventes etiam et totaliter liberantes eosdem, nostro, successorum et ecclesie nostre nomine ex nunc et imperpetuum a cujuslibet vinculo et debito quo nobis, dicte beate ecclesie basiliensi predecessoribus quoque nostris, idem comes antecessoresque sui hactenus vel nunc quolibet modo repperirentur astricti; et promittimus nostro quo supra nomine et successorum nostrorum predictam liberationem et omnia ac singula supradicta inviolabiliter bene et pacifice, rata et grata perpetuo habere, tenere et teneri facere sub ypotheca rerum nostrarum et ecclesie nostre et cum plena restitutione dampnorum et expensorum et interesse litis et extra. In quorum omnium et singulorum evidentiam sigillum nostrum duximus presentibus litteris apponendum. Actum et datum anno Domini MCCCXVI, undecima die mensis julii videlicet (1) festum beatorum apostolorum Petri et Pauli.

(1) Trois ou quatre mots enlevés.

CCCXLVII.

Jean dit Compagnet, fils de feu Etienne de Courtelary, domzel, déclare avoir reçu en fief de Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, la ville et les hommes de Cormoret dont il lui fait hommage, en réservant celui qu'il devait à l'évêque de Bâle.

LE LENDEMAIN DE SAINT VALENTIN MCCCXVII. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux archives du Prince. E^a, n° 12.

EGO Johannes dictus Compagnet filius quondam Stephani de Cortalari, domicelli, notum facio universis quod ego recepi in feodum nobile ab illustri viro domino meo karissimo domino Rodolfo comite et domino Novi Castri, villam et homines de Cormoret cum suis juribus et pertinentiis universis et singulis que habuit seu habere potuit hactenus in villa predicta usque ad diem confectionis presentium litterarum, prout magister quocus basiliensis ab ipso domino meo Rodolfo in feodum tenebat; propter quod confiteor me fecisse homagium predicto domino meo Rodolfo, excepta fidelitate domini episcopi basiliensis; promitto insuper eidem domino meo Rodolfo, fide prestita, servire ac ipsum juvare contra omnes, sicut decet virum nobilem servire domino suo, excepto dicto domino episcopo pro facto ecclesie basiliensis predictae. In cujus rei testimonium sigillum religiosi viri et honesti domini abbatis Loci Dei premonstratensis ordinis, lausannensis dyocesis, una cum sigillis nobilium et discretorum virorum domini Johannis de Nuwenstein militis villici nunc in Byello et communitatis dicti loci de Byello presentibus rogavi apponi. Et nos predicti abbas Loci Dei, Johannes de Nuwenstein miles et communitas de Byello sigilla nostra ad preces dicti Johannis Compagnet presentibus litteris duximus apponenda. Datum crastino Valentini sub anno nativitatis Domini MCCCXVII.

(¹) 15 février.

CCCXLVIII.

Gerhard, évêque de Bâle, s'étant plaint de ce que Jean d'Arberg, seigneur de Valangin, avait prêté secours et conseil contre lui à Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, Jean d'Arberg, en réparation de cette injure, et en considération d'une somme de six cents livres que lui avait payée l'évêque, se reconnaît son vassal, sauf l'hommage qu'il doit au roi des Romains et au comte de Montbéliard; il reconnaît de plus tenir de l'évêque le Val-de-Ruz et toutes ses dépendances, à l'exception des hommes royés, de la juridiction criminelle et du plaid général, pour autant que ces choses relèvent du seigneur de Neuchâtel; enfin il reconnaît que son château de Valangin était du fief du comte de Montbéliard qui était lui-même vassal de l'évêque de Bâle à cause de ce fief.

QUATRIÈME FÉRIE AVANT LE DIMANCHE OU L'ON CHANTE OCULI MCCCXVII. (1)

Copie vidimée sur parch. aux arch. du Prince. O⁶, n^o 28, a).

IN nomine Domini, amen. Noscant universi et singuli presentem litteram inspectores et auditores, quod cum reverendus in Christo pater dominus Gerhardus, Dei gratia basiliensis ecclesie episcopus, conquereretur de nobili viro domino Johanne de Arberg domino de Vallensis, super eo et pro eo quod idem dominus Johannes prestiterat auxilium, consilium et favorem nobili viro domino Rodolpho domino Novi Castri, in guerra quam idem dominus episcopus habuerat contra dictum dominum Novi Castri, tandem in emendam injurie et pro sex centis libris basiliensibus denariorum honorum et legalium per dominum episcopum prefatum eidem domino Johanni numerorum et solutorum ac in usus et utilitatem suam conversorum, idem dominus Johannes sciens et spontaneus fecit fidelitatem et homagium pro se et suis heredibus predicto domino episcopo recipienti, pro se et suis successoribus ac ecclesia basiliensi, sollempnitatibus circa hoc adhibitis, prout moris est, et que debent in talibus adhiberi, salvis tamen fidelitatibus et homagiis serenissimi domini Romanorum regis ac nobilis viri domini comitis Montisbiligardi, qui pro tempore fuerint in futurum; promittens idem dominus Johannes fide data ex nunc in antea esse fidelis memorato domino episcopo et successoribusque suis ac ecclesie basiliensi predictae et eisdem servire fideliter prout vassalli tenentur et debent servire secundum consuetudinem hujus regni, recognoscens se tenere ab eodem domino episcopo et ecclesia basiliensi predicta ac tenere velle in feodum perpetuum et etiam se a predecessoribus ejusdem domini episcopi tenuisse vallem Rodolii cum suis pertinentiis universis ac omnia alia sua allodialia ubicunque sint et quocunque nomine censeantur, exceptis a predictis ratione et juribus que et quas in quibusdam

hominibus qui dicuntur li Rayae et in jurisdictione ac dominio furcarum dicti domini Johannis ac in placito generali quod semel tenetur in mense maji, in valle Rodollii quomodolibet habet et habere debet, idem dominus Novi Castri; recognoscens insuper castrum suum de Vallensis esse de feodo dicti domini comitis Montisbiligardi et ipsum comitem Montisbiligardi esse et debere esse vassallum dicti domini episcopi et ecclesie basiliensis supradicte ac predictum castrum debere tenere in feodum ab eisdem; promisit etiam idem dominus Johannes, nomine quo supra, predicto domino episcopo recipienti, ut supra, predicta omnia et singula rata perpetuo habere et firma tenere, fraude et dolo quibuslibet remotis, et contra ea vel aliquid ipsorum facere nullatenus vel venire. In quorum omnium firmitatem et evidentiam, nos Johannes de Vallensis predictus sigillum nostrum duximus presentibus appendendum, et rogavimus ac rogamus nobiles et discretos viros dominum Ulricum fratrem nostrum et thesaurarium ecclesie basiliensis, dominum Ulricum advocatum de Bornendrut et dominum Johannem de Russellione canonicum lausannensem ut sigilla sua apponant presentibus ad majoris roboris firmitatem. Et nos thesaurarius, Ulricus advocatus et Johannes de Russellione predicti ad petitionem predicti domini Johannis de Vallensis et ad rogatum ipsius in evidentiam geste rei, sigilla nostra hiis litteris duximus appendenda. Datum et actum Basilee, anno Domini MCCCXVII, feria quarta proxima ante dominicam qua cantatur Oculi mei.

(¹) 2 mars.

CCCXLIX.

Jean d'Arberg, seigneur de Valangin, se reconnaît vassal de l'évêque de Bâle, pour le fief du Val-de-Ruz, excepté pour les hommes royés, la juridiction criminelle et le plaid général qu'il tient de Rodolphe, seigneur de Neuchâtel.

QUATRIÈME FÉRIE AVANT LE DIMANCHE OU L'ON CHANTE OCULI MCCCXVII. (¹)

Copie vidimée sur parchemin aux archives du Prince. O^e, n^o 28.

Nos Johannes de Arberg dominus de Vallengins notum facimus presentium inspectoribus et auditoribus universis, quod cum ex fidelitate et homagio teneamur reverendo patri domino Gerhardo, Dei gratia basiliensi episcopo, ac ecclesie basiliensi, et ab eisdem teneamus in feodum vallem nostram Rodollii cum suis pertinenciis universis ac alia omnia bona nostra allodialia, exceptis ratione et juribus que et quas in quibusdam hominibus qui dicuntur li Rayae et in jurisdictione ac dominio furcarum ac in placito generali quod semel tenetur in mense maji in valle Rodollii, predicta, habet et habere debet quomodolibet nobilis vir dominus Rudolphus dominus Novi Castri, necnon etiam esse de retrofeodo dicti domini episcopi castrum nostrum de Vallengins, ac ratione predictorum teneamur obedire et parere man-

datis domini episcopi supradicti, nos sciens et spontaneus pro nobis et nostris fide data promittimus prefato domino episcopo presenti et recipienti pro se et suis facere guerram vivam nomine dicti domini episcopi vel amicorum suorum guerram habere volentis contra dominum Rodulphum dominum Novi Castri predictum, ad mandatum dicti domini episcopi vel certi sui nuncii, et quando et ubi nos per prefatum episcopum vel mandatum suum super hoc requiremur, et de predictis feodis juvare eundem dominum episcopum et suos, ac ipsum dominum episcopum et gentes suas recipere, retrahere et receptare in predicto castro nostro de Vallengins quando-cunque eidem placuerit et sue fuerit voluntatis, et exinde facere guerram, et velle quod fiat per dictum dominum episcopum, gentes et coadjutores suos suo vel amicorum suorum nomine contra dictum dominum Novi Castri, nec de eadem guerra facere suffranciam aliquam seu inire treugas sive pacem sine dicti domini episcopi licentia et assensu. Et vece versa nos predictus episcopus bona fide data sicut de ceteris promittimus pro nobis et nostra ecclesia basiliensi predicta eidem domino Johanni presenti et recipienti ipsam terram suam, castrum suum et omnia bona sua manutenere, deffendere et garantire contra predictum dominum Novi Castri, coadjutores, fautores et valitores suos quoscumque et eundem dominum Johannem juvare et impertiri eidem contra predicta auxilium, consilium et favorem, nec de predicta guerra faciemus treugas, suffrantiam sive pacem sine dicti domini Johannis similiter licentia et assensu. Et predictae conventiones et predicta valeant et valere debeant inter nos nominibus quibus supra, quamdiu aliquem ex nobis guerram habere contigerit contra dictum dominum Novi Castri et quamdiu nos episcopus memoratus in basiliensi ecclesia episcopus permanemus; promittimusque hinc inde predicta omnia et singula rata habere et firma tenere ac contra ea vel eorum aliquid facere nullatenus vel venire. In quorum omnium testimonium et evidentiam, nos episcopus basiliensis et Johannes de Vallengins predicti sigilla nostra duximus presentibus apponenda et rogavimus ac rogamus nobiles et honestos viros dominum Ulricum de Arberg, thesaurarium ecclesie basiliensis, dominum Ulricum advocatum de Bornendrut ac dominum Johannem de Russelione, canonicum lausannensem, ut sigilla sua presentibus apponant ad majoris roboris firmitatem. Et nos thesaurarius, advocatus de Bornendrut et Johannes de Russelione predicti ad petitionem et rogatum domini nostri episcopi basiliensis et domini Johannis de Vallengins predictorum sigilla nostra hiis litteris appendenda duximus in testimonium geste rei. Datum et actum Basilee, anno Domini mcccxvii, feria quarta proxima ante dominicam qua cantatur Oculi mei.

(¹) 3 mars.

CCCL.

Guillaume de Crostel, chanoine et receveur de Lausanne, déclare avoir reçu le montant du bail de la prébende du prévôt de l'église de Neuchâtel, vacante par la mort de messire Amédée de Cressier.

LE JOUR DE LA FÊTE DE LA VIERGE MARIE MCCCXVII. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux archives du Prince. D^s, n^o 30.

Nos Wulliermus de Crostello canonicus lausannensis, receptor in civitate et dyocesi lausannensi, ex parte venerabilis viri domini Johannis Rogerii legati domini pape, recepimus a venerabilibus viris dominis G., de Valle transversa preposito ecclesie Novi Castri dicte dyocesis lausannensis et Roletto curato et canonico dicte ecclesie Novi Castri octo libras albe monete in grossis turonensibus computatis decem et octo denariorum, ex amodiatione prepositure et prebende dicte ecclesie Novi Castri vacue nunc per mortem domini Amedei de Gresiez quondam prepositi dicte ecclesie Novi Castri, per manum Stephani clerici Musardi Novi Castri. Datum Lausanne, in festo virginis beate Marie cum appenditione sigilli nostri, anno Domini MCCCXVII.

⁽¹⁾ 15 août.

CCCLI.

Louis de Savoie, seigneur de Vaud, prolonge le terme de l'engagement que Hugues de Châlon, sire d'Arlay, avait pris de ne pas attaquer Pierre de Grandson, d'autant que Amédée, comte de Savoie, avait prolongé la trêve conclue entre le seigneur de Belmont, d'une part, et Raoul, comte et seigneur de Neuchâtel, avec Jean de Champvent, son allié, d'autre part.

LE JOUR DE L'ASSOMPTION DE NOTRE DAME MCCCXVII. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux arch. du Prince. A, n^o 3.

Nous Lois de Savoye seigneur de Waut, fasons savoyr a touz que come nostre tres chier frere monseigneur Hugue de Chalon, seigneur d'Arlay, ayt promis et doney ses lettres de son seel pendant, seelees a nostre requeste, que il non offendra a monseigneur Pierres de Gransson, seigneur de Biaumont, nostre frere, ne aus syens, tanque la

saint Michiel prochainement venant, et encores nous ayt doney playn povoir desloignier le dit terme en tant que a la feste de Pasques prochainement venant, per ensi que es dites lettres se contient, nous dou povoyr quil nous a doney, le dit terme de la saint Michiel aloignons per ces presentes lettres tan que a la dite Pasques, en tele maniere que per le dit monseigneur Hugues ne per les siens ne per ses aydanz, ne puyssent ne ne doient offendre au dit nostre frere monseigneur Pierres ne aus syens ne a ses aydanz, en tant que a la dite feste de Pasques. La quele proration et aloignement nous fesos especialment por ce que nostre chier oncle et sires monseigneur Amey, conte de Savoye, et nous, avons aloignye per le povoir qui nous est doney, la trieve qui est entre le dit monseigneur Pierre dune part, et nostre chier frere monseigneur Raoul conte et seigneur de Nuefchastel et Jehan de Chanvent dautre part tanque au moys de Pasques. Et nous avant dit Lois de Savoye en la mesme manere quil est contenu en ceste lettre prometons au dit monseigneur Hugues de Chalon et aus syens que li dit monseigneur Pierres de Granson non offendra per li ne per les syens au dit monseigneur Hugues ne aus syens durant le terme dessus dit tanque a la feste de Pasques prochainement venant. Donne a Evyanz souz nostre seel le jour de lassumption nostre dame, lan de grace mil troys cenz et dise sept.

(⁴) 15 août.

CCCLII.

Amédée, comte de Savoie, et Louis de Savoie, seigneur de Vaud, prononcent en qualité d'arbitres sur des différends élevés entre les nobles Pierre de Grandson, seigneur de Belmont et chevalier, d'une part, et Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, d'autre part; entre le dit Pierre et Jean, fils de feu Humbert de Champvent, domzel, Rodolphe, comte de Neuchâtel, et Jean de Champvent, d'une part, et Théobald de Grandson, domzel, d'autre part.

LE XV AOUT MCCCXVII.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. Fⁿ, n° 5.

Nos Amedeus comes Sabaudie et Ludovicus de Sabaudia dominus Waudi, arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores, dati, positi, nominati et electi inter nobiles viros dominum Petrum de Grandissono militem, dominum Bellimontis, ex una parte, et dominum Rodulphum comitem et dominum Novi Castri ex altera, et etiam per predictum dominum Petrum ex una parte, et Johannem filium quondam Humberti de Chanvenz domicelli ex altera, et iterum per prefatos dominum Rodulphum et Johannem ex una parte, et Theobaldum de Grandissono domicellum ex altera, prout in compromissis inde factis plenius continetur, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum inter partes predictas ad invicem

choadjutores valitoresque suos, questiones et querele, guerre et discordie emergerint ex quibus dampna et incommoda quamplurima obvenerunt, que questiones, discordie et querele inferius declarantur, nos volentes dictas partes ad concordiam et pacem reducere ut inter quos agnationis et affinitatis existit vinculum amor perpetuus perseveret, visis diligenter et examinatis questionibus et querelis quibuscunque existentibus inter partes predictas, dicimus, diffinimus, declaramus, ordinamus et amicabiliter arbitramur in modum qui sequitur et in formam. In primis volumus, declaramus, arbitramur et ordinamus ut supra, quod inter partes predictas, secaces, choadjutores, valitoresque suos, cujuscunque conditionis existant, sit et deinceps duret et perseveret inviolabiliter bona pax et firma, quod omnes rancure, injurie, violentie, incendia et excessus, que hinc inde commissi et commissa sint, quitti et quitta penitus et per partes supradictas sibi ad invicem remittantur. Item dicimus et ordinamus ut supra, quod castrum de la Saint Cruetz, cum mandamento et pertinentiis ipsius, juriditione, mero et mixto imperio, feudis et retrofeudis infra mandamentum et castellaniam ipsius castri existentibus, nemoribus, joriis, pascuis, aquis et aquarum discursibus, prout divisum existit, a castro et mandamento de Chanvenz sint et pleno jure remaneant imperpetuum predicto domino Petro de Bellomonte heredibusque et assignatis suis imposterum. Et si contingeret dictum Johannem de Chamvenz, Hugueninumve patrum suum jus aliquid habere occasione quacunque in prefato castro Sancte Crucis mandamentove ipsius, feudis vel retrofeudis, joriis, pascuis vel aliis rebus quibuscunque, illud jus dent, cedant et concedant, dare, cedere et concedere teneantur prefato domino Petro heredibusque suis et assignatis, ut supra, prout melius et firmiter fieri poterit, postquam dicta pax seu prolatio nostra presens et declaratio eisdem et ipsorum cuilibet fuerit declarata. Item dicimus, declaramus et ordinamus ut supra, quod castrum de Chamvenz una cum mandamento et partium ipsius juriditione, mero et mixto imperio, feudis et retrofeudis, joriis, nemoribus, pascuis, aquis et aquarum decursibus et aliis juribus quibuscunque infra mandamentum dicti castri existentibus, prout divisum existit, cum supradicto castro de Sancta Cruce sint, deinceps pleno jure remaneant prefato Johanni de Chamvenz domicello heredibusque suis et assignatis in futurum. Et si contingat dictum dominum Petrum de Grandissono, Theobaldumve fratrem suum, jus aliquid habere in dicto castro vel mandamento ipsius, ut supra, ex causa emptionis vel alio quocunque contractu vel causa, illud jus ex nunc dent, cedant et concedant, dare, cedere et concedere teneantur prefato Johanni de Chamvenz heredibusque suis, ut supra, prout melius et firmiter fieri poterit, ita quod deinceps predicto domino Petro et Theobaldo occasione quacunque, nulla actio nullumque jus competit in predictis; item quod nobilis et potens vir dominus Otho dominus de Grandissono miles diceret et assereret se jus habere in castro de Chamvenz, mandamento et pertinentiis ejus, tam ratione proprietatis ex causa feudi quam et causa emptionis facte per Theobaldum de Grandissono nepotem suum predictum, pluribusque aliis rationibus et causis prepositis per eundem, dicimus, arbitramur et pronunciamus quod dictus Johannes de Chamvenz, nomine suo, heredum et successorum suorum ex nunc deinceps homagium faciat et sit et remaneat homo ligius prefati domini Othonis heredumque successorum suorum dominorum de Grandissono succes-

sive, eidemque homagium ligium facere teneatur, castrumque de Chamvenz cum mandamento et partium ipsius, ut supra, tenere in feudum et de feudo prefati domini Othonis heredumque et successorum suorum dominorum de Grandissono, ut supra. Item dicimus et ordinamus, ut supra, quod Theobaldus predictus, facta primitus per eum ratificatione et emolegatione nostre presentis concordie et pacis, sit ab omni prisione et hostagiamento, cum fidejussionibus per eum datis, penitus liberatus, ita quod deinceps nichil ab eodem vel fidejussoribus suis peti possit occasione prisionis et fidejussionis predictae. Item cum questiones sint et fuerint super usu quem homines de Chamvenz et de Thofferia dicunt se habere em la Jour supra Chamvenz versus Sanctam Crucem et aliis nemoribus, dicimus et pronuntiamus, ut supra, quod predicti homines de Chamvenz et de Thofferia utantur predicta joria et aliis nemoribus prout olim consueverunt, salvo quod si locus aliquis dicte jorie et nemorum in quindecim annis supra nuper elapsis positus vel positi fuerint in bannum vel deffenssum, quod in illo banno vel deffensso dicti homines aliquo modo non utantur; et si contingeret super consuetudine usus eorum questionem oriri, volumus quod illa questio et consuetudo usus eorum declaretur, decidatur et determinetur sine lite et sine aliquo juris ordine, per dominum Reynaldum de Stavayaco militem positum per partem de Grandissono et dominum Wuilliermum lou Brum de Vau-marcuel positum per partem dicti Johannis de Champvenz et secacium suorum, et illud quod per prefatos commissarios dictum, ordinatum declaratumve fuerit super usu predicto, volumus et ordinamus obtinere plenam et perpetuam roboris firmitatem provide ac si per nos esset in presenti personaliter declaratum. Item cum olim super contentionibus habitis super joriis et aliis nemoribus et nominatim in nemore dicto Seytiz, aliisque pluribus et diversis questionibus que fuerunt inter illos deversus Grandissonum, deversus Novum Castrum, deversus Vauztravels, deversus terram de Wuilliez et deversus de Vaumarcuel, fuerit facta pax per nobilem et potentem virum quondam Johannem de Scabilone dominum d'Arlay, dicimus, pronuntiamus et arbitramur, ut supra, quod predicta pax observetur, et si super ipsa pace questiones aliquae oriantur vel et tempore dicte pacis orite sint, vel et si super dicta terra de Vuilliez non fuit declaratum per pacem predictam, dicimus et ordinamus, ut supra, quod ille questiones determinentur et declarentur breviter et sine lite, ut supra, per prefatos commissarios superius nominatos et quod per eos ordinatum claratumve fuerit, obtineat perpetuam roboris firmitatem. Item volumus, dicimus et ordinamus, ut supra, quod domus pontis de Tela quam nos ad manum nostram tenemus, reddatur et restituatur quita et libera prefato domino Rodulpho comiti domino Novi Castri post emolegationem et ratificationem omnium supra et infra contentorum per eum factam super pace et ordinatione nostra presenti. Item volumus et ordinamus, ut supra, quod divisio alias facta de vassallis homagii, feudis et retrofeudis ditorum castrorum de Chamvenz et de Santa Cruce stet in suo robore, prout continetur in litteris super dicta divisione factis, quas debent habere partes, sigillatas sigillo bone memorie domini Othonis de Chamvenz episcopi lausannensis ex una parte et sigillo domini Johannis de Chamvenz nepotis sui ex altera, de quibus litteris volumus quod fiat fides coram commissariis supradictis hinc ad festum omnium sanctorum proximum futurum; et si altera partium infra tempus

predictum nollet fidem facere de suis litteris, volumus quod aliis litteris per aliam partem prolatis, licet uno signo sigillatis, fides plenaria adhibeatur. De aliis vero de quibus facta divisio non reperiretur, volumus et ordinamus quod quisque dictorum castrorum predictorum teneat et possideat pleno jure feuda possessa et jura quaecunque, prout quisque eorum tenebat et possidebat ante guerram inceptam; volumus et ordinamus quod quilibet partium faciat et procuret quod vasalli et feudatarii, prout secundum tenorem dictarum litterarum ad quemlibet partium pertinent, cuilibet ipsorum ad quem pertinent, respondeant, fidelitates et homagia debitas et debita faciant et feuda recognoscant et desserviant, prout de natura feudi fuerit faciendum, et altera partium vississim alterius litteras et instrumenta restituat que ad partes pertinebunt occasione rerum vel feudorum que in partes ipsorum devenerunt. Item volumus et ordinamus quod gagerie olim posite per dominum Petrum quondam dominum de Chamvenz, pertineant et pertinere debeant, videlicet ille que sunt infra castrum, mandamentum et limitationes Sancte Crucis ad dictum dominum Petrum dominum Bellimontis cum honore et commodo, et ille que sunt infra mandamentum et limitationes de Chamvenz ad dictum Johannem de Chamvenz heredesque suos et assignatos cum honore et comodo; si que vero gagerie extra fines et mandamenta dictorum castrorum facte reperirentur, dicte gagerie interpretatum dominum Petrum et Johannem de Chamvenz cum honore et comodo equaliter dividantur, si que vero redempte sint reffusa parte pecunie equaliter dividantur. Item cum questiones sint et fuerint super usu quem homines et subditi dicti domini Petri de Grandissono habitantes apud Cudrifim et in tota terra de Vullye dicunt se habere in joriis existentibus ultra lacum Novi Castri, dicimus, declaramus, ut supra, quod dicti homines utantur pacifice et quiete joriis supradictis sicut a quindecim annis suprapreteritis et ultra uti consueverunt; quod si super consuetudine inter partes dubitatio oriretur, volumus et ordinamus quod predicta dubitatio per predictos commissarios superius nominatos breviter et de plano sine strepitu et figura judicii declaretur, et illud quod per eos declaratum et ordinatum fuerit optineat robur. Item volumus, dicimus et arbitramur, ut supra, quod dictus dominus Rodulphus dominus Novi Castri sit contentus levare seu levari facere pedagium suum pontis de Teyla secundum quod antiquitus consuevit. Ita si aliquis non consuetum super homines dicti domini Petri levaverit seu levari fecerit, illis novitatibus de cetero non utatur. Item volumus et ordinamus, ut supra, quod prisiones et prisonarii si que vel si sunt qui, libere et sine pastu hinc inde liberentur et expediantur et hostagiamenta hinc inde prestita sint quitta et penitus liberata. Item volumus et ordiramus, ut supra, quod possessiones, feuda, proprietates si que vel si qua hinc inde occasione guerre de principalibus vel subditis dictarum partium detempta, capta vel occupata fuerint, quod fiat et inde restitutio illis qui ante tempus guerre ea pacifice possidebant. Item cum supradictus Rodulphus assererit durante tempore treugarum per nos impositarum, gentes episcopi basiliensis ceperint de bestiis terre predicti domini Rodulphi in magna quantitate, forragiaque et utensilia plurima quorumdam hospitorum terre dicti domini Rodulphi, volumus, dicimus et arbitramur, ut supra, quod predicta que exstant restituantur; de non exstantibus vero fiat fides coram nostris commissariis supradictis secundum usum et consuetu-

dinem patrie, ita quod ad dictum dictorum commissariorum, dampnum datum durantibus dictis treugis emendetur dicto domino Rodulpho vel hominibus suis seu subditis suis qui ipsa dampna sustinuerunt, quodque curet et procuret, curare et procurare teneatur dictus dominus Petrus cum effectu, quod restitutio predictorum fiat prout exstabunt bestie et forragia et de non extantibus, prout per commissarios supradictos fuerit declaratum. Item volumus et arbitramur, ut supra, quod cum quedam gageria capta dicatur tempore treugarum per familiares dicti domini Petri de Bellomonte in terra de Lenoro super gentes dicti domini Rodulphi, quod ipsa gageria reddata nobis Ludovico predicto seu cui duxerimus ordinandum ad faciendum super hiis quod nostre fuerit voluntatis. Et quia super dicta villa et territorio de Lenoro et placitis generalibus que ibi teneri consueverunt discordie et questiones exorte fuerint, volumus et arbitramur, ut supra, quod predicti commissarii de dictis questionibus et discordiis inquisita veritate, ut supra, declarent et ordinent prout eis videbitur faciendum et quod per eos declaratum fuerit, volumus inviolabiliter observari. Item quod si contingeret aliquam questionem oriri vel jam orta fuerit in loco dicto Chablays, per predictos commissarios vel substitutos ipsorum loco, declaratur, determinetur et decidatur breviter et de plano, ut supra. Item dicimus et ordinamus et arbitramur, ut supra, quod prefati dominus Petrus et Theobaldus tradant nobis litteras et instrumenta emptionis quam fecit Theobaldus predictus dominus de Chamvenz et aliis emptis per dictum Theobaldum a dicto domino Johanne de Chamvenz, ut ipsas publicare possimus et sub sigillis nostris et aliis quibus nobis placuerit ipsarum copiam dicto Johanni tradere, quodque prefati dominus Petrus et Theobaldus, jurare et promittere teneantur dicto Johanni de Chamvenz quod si contingeret predictum dominum Johannem de Chamvenz militem vel alium ab eo causam habentem movere questionem de castro de Chamvenz vel partium ipsius ipsi Johanni, quod ipsi ad deffensionem dicti Johannis de Chamvenz heredumve et successorum suorum dictas litteras vel instrumenta originales vel originalia in judicio producent vel etiam coram arbitris, si a partibus eligerentur, si et quando fuerit opportunum, vel ipsas litteras seu instrumenta tradant Johanni predicto seu suis heredibus vel assignatis quorum intererit, recepta cautione ydonea de restitutione facienda dictarum litterarum vel instrumentorum post productionem per dictum Johannem factam in judicio vel coram arbitris, ut supra. Item volumus quod si predicti commissarii in predictis vel aliquibus predictorum concordare non possent, quod nos Ludovicus predictus, per nos vel alium seu alios substitutum vel substitutos a nobis quem duxerimus nominandum vel nominandos possimus et debeamus dubium ipsorum declarare et determinare prout nobis, vel substituto, vel substitutis a nobis, videbitur faciendum; et si contingeret quod predicti commissarii vel alter ipsorum supradictis interesse non possent, quod partes unum alium loco illius cujus interesse non posset, teneatur subrogare qui eandem potestatem habebit supradictam ad effectum ducendi. Ordinamus insuper et nobis expresse retinemus, quod in predictis et circa predicta detrahere, addere, corrigere, mutare et emendare possimus, mutata vel non mutata substantia, hinc ad festum beati Michaelis proximum, prout nobis videbitur expedire, quodque illud quod per nos additum, detrahautum, correptum, mutatum et emendatum fuerit, eandem firmi-

tatem et robur optineat quam optinet et optinerè posset si foret per nos et nostras literas presentes dictum pronunciatum, arbitratum vel aliter declaratum. Item volumus, arbitramur et ordinamus, ut supra, quod licet juxta formam compromissi dictam seu amicabilem nostram expositionem et pacem presentem protulerimus, dixerimus et declaraverimus partibus absentibus, quod predicta omnia et singula plenam firmitatem optineant et perinde habeantur, ac si in judicio juris ordine servato per sententiam pronunciata fuissent, quodque dicte partes ad requisitionem nostram seu mei Ludovici tantum supradicta omnia et singula ratificent, approbent, emologent, et super sancta Dei evangelia jurent suo nomine heredumque et assignatorum suorum, predicta omnia attendere, facere et complere et nunquam per se vel per alium contra facere vel venire de facto vel de jure, verbo vel opere, quodque contra dictum et pronunciationem facere, declarationem quod nostram predictam non appellent, nec ad arbitrium boni viri redigi petant, quodque nullum rescipitum vel privilegium impetrent, nullasque exceptiones opponant nec supradicta corrigi vel emendari per aliquem dominum petant, nec utantur contra predicta vel aliqua predictorum cujuscunque legis vel canonis seu consuetudinis beneficio, quod viciet seu viciare vel infirmare posset hanc nostram presentem pacem seu arbitrium in totum vel in partem, sive ex personis compromittentium sive forma compromissi vel arbitrii, seu ex rebus vel causis de quibus compromissum exstitit, sive quacunque alia ratione; et quod dictus Johannes de Chamvenz occasione junioris etatis, restitutionem non petet contra predicta vel aliquid predictorum; quod si dicte partes in aliquo contra predicta facerent vel aliqua predictorum, volumus, dicimus et arbitramur, ut supra, quod pena duorum milium marcharum argenti in compromissis contenta, totiens quotiens in totum vel in partem contraventum fuerit committatur, que commissa pro parte dimidia deveniat et devenire debeat ad partem nostram presentem ordinationem et pacem servantem, alia vero pene media ad nos arbitros equalibus portionibus devolvatur, et nichilominus predicta omnia et singula universa, firma et rata remaneant prout superius sunt expressa. Predicta pronunciamus et declaravimus, ut supra, presentibus venerabili in Christo patri domino B., abbate sancti Mauricii Aganensium, domino Hugone de Rupperlia milite, domino Petro de Calcibus decretorum doctore, Petro de Claromonte et aliis pluribus de consilio nostro existentibus; et in testimonium premissorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum apud Agaunum anno Domini MCCCXVII, decima septima die mensis augusti.

CCCLIII.

Rollet, chanoine et curé de l'église de Neuchâtel, prend à ferme, du chapitre de Lausanne, les revenus en nature et en argent de l'église de Colombier.

KALENDES DE JUILLET MCCCXVIII. (1)

Original sur parchemin aux archives de Lausanne, layette Neuchâtel, n° 4.

EGO Roletus canonicus et curatus ecclesie Novi Castri, notum facio universis quod ego teneo et me tenere confiteor ad firmam a venerabili capitulo ecclesie lausannensis, ad vitam meam tantum, fructus, exitus et proventus personatus ecclesie de Columberio in pecunia, vino, blado, feno, decimis, oblationibus et rebus aliis quibuscunque, quocunque sint et quocunque nomine censeantur, ad dictum capitulum spectantes ratione dicti personatus, excepto jure presentandi ad dictam ecclesiam de Columberio cum eam vacare contigerit, quod sibi retinuit capitulum memoratum, videlicet pro quatuordecim libris lausannensibus, a me singulis annis dicto capitulo vel mandato suo apud Lausannam solvendis ad vitam meam hiis terminis, videlicet medietatem dicte pecunie in festo beati Luce evangeliste et aliam medietatem in octava pentecostes, non obstantibus guerra, sterilitate, tempestate vel orvali quibuscunque, quibus expresse renuncio per presentes. Res autem dicti personatus ad dictum capitulum spectantes sunt hec: decima vini, dicta decima sancti Stephani a loco qui dicitur Ruvene versus Avernye, in qua decima dictus personatus percipit tertiam partem cum capitulo ecclesie Novi Castri; item decima bladii sancti Stephani de Columberio in qua percipit dictus personatus eidem domino de Columberio tertiam partem; item parva decima sancti Stephani de Aurosa; item parva decima sancti Stephani de Montisillom; item parva decima sancti Stephani de Avernyer, prout dicte decime hactenus recipi consueverunt; item decem pose terre arabilis in quatuor portionibus site in confinio de Columberio; item quinque falcature pratorum site subtus Columberio prope lacum in tribus locis; item medietas oblationum et elemosinarum defunctorum provenientium in ecclesia sancti Stephani de Columberio; item unum tercerum nucum ad mensuram Novi Castri censuale, quod debet Wulliermus dictus de Crouse de Aurosa. Promittens fide mea prestita corporali predictum censum dicto capitulo aut ejus mandato solvere annis singulis terminis supradictis et res dicti personatus non alienare in quamcunque personam nisi de licentia dicti capituli petita et obtenta, et jura dicti personatus recuperare et in bono statu pro viribus ponere et tenere, volens et concedens dicto capitulo quod incontinenter post decessum meum res et bona predicti personatus cum melioramentis suis apprehendat sua propria autoritate sine juris et pretoris offensa,

tamquam sua, me constituens ea suo nomine possidere et promitto fide qua supra me non venire contra predicta vel aliqua de predictis. In quorum omnium testimonium sigillum curie officialis lausannensis et sigillum capituli ecclesie Novi Castri una cum sigillo meo presentibus litteris rogavi apponi. Et nos dictus officialis sigillum curie nostre, atque nos dictum capitulum Novi Castri sigillum nostrum una cum sigillo domini Roleti predicti presentibus litteris duximus apponenda. Datum kalendis julii, anno Domini MCCC decimo octavo, indictione prima.

(¹) 1^{er} juillet.

CCCLIV.

Des différends s'étant élevés entre Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, d'une part, et Pierre de Grandson, seigneur de Belmont, et le seigneur de Grandson, d'autre part, Hugues de Châlon, sire d'Arlay, promet d'aider au premier, de la même manière que son père l'avait fait autrefois.

DU LENDEMAIN DE LA CHANDELEUR MCCCXVIII. (¹)

Copie vidimée (²) sur parchemin aux archives du Prince. K⁵, n° 11, § 1.

Nous Hugues de Chalon sires d'Arlay facons savoir a touz que des descors et contens qui sont ou porroient estre ou temps avenir entre nostre amey cusin et feaul monseigneur Raud, seigneur de Nuefchestel, et monseigneur Pierre de Gransson, seigneur de Biaumont, et le seigneur de Gransson, nous promettons aider a nostre dit cusin seigneur de Nuefchastel en la forme et maniere que nostre chiers sires et peres, cuy Dieux absolve, li promist per ses lettres, non contraictant quelque traitie de payz ou dacort que nous ferions au dit monseigneur Pierre ou seigneur de Gransson ou temps avenir; tesmoing nostre sel pendent mis en ces lettres donnees landemain de la chandelouse lan mil trois cent dix et huit.

(¹) 5 février 1519.

(²) Le vidimus porté au pied de l'acte est conçu en ces termes : « En tesmoing de laquelle chouse, je Loys cons et sire de Nuefchastel hait fait mettre le seel dou chapitre de leglise de Nuefchastel en ceste present copie faite et donnee le xiiii jour dou mois de septembre lan mil trois cens sixante et quatre. »

CCCLV.

Contrat de mariage du comte Hartmann de Kybourg avec Marguerite, fille de Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel.

II MAI MCCCXIX.

Copie contemporaine sur papier non vidimée aux arch. du Prince. J^s, n° 26.

Nos Rodolphus comes et dominus Novi Castri notum facimus universis presentes litteras inspecturis seu auditoris, quod cum illustris vir dominus Hartmannus comes de Kiburg, lantgravius Burgundie, contraxerit sponsalia per juramentum suum, cum Margarita filia nostra legitima, nobis presentibus et recipientibus nomine dicte filie nostre, quod nos predictam Margaretam filiam nostram dicto domino Hartmanno comiti de Kiburg dare et tradere tenemur et promittimus per juramentum nostrum super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum in uxorem legitimam quandocumque ipsam desponsare voluerit infra mensem post requisitionem suam omni obstaculo procul moto. Item quandocumque voluerit matrimonium consummare cum ea carnaliter commiscendo, eidem comiti tenemur eam tradere infra mensem post requisitionem suam ad matrimonium consumandum; et nos promisisse et debere confitemur, et promittimus ac debemus dicto Hartmanno de Kiburg comiti pro dote et ratione dotis dicte filie nostre, mille marchas boni et puri argenti ad legale pondus de Friburgo; quas mille marchas dicto domino Hartmanno comiti, aut ejus certo nuncio, vel mandato, dare et solvere tenemur et promittimus vi superius prestiti juramenti, omnibus dilationibus et exceptionibus postpositis, terminis infra scriptis: videlicet infra annum in quo dictam filiam nostram desponsaverit per verba de presenti in facie ecclesie, quingentas marchas dicti argenti boni et puri ad dictum pondus de Friburgo, apud dictum Friburgum lausanensis dyocesis, omni impedimento procul moto. Item infra annum in quo carnalem copulam cum consequetur matrimonium consumando, alias quingentas marchas dicti argenti ad dictum pondus in dicto loco, remotis omnibus dilationibus quibus posset dicta solutio retardari vel aliquatenus impediri; et ad hec universa et singula firmiter observanda nos et heredes nostros constituimus et obligamus, principales debitores, redditores, fidejussores et obsides in manus dicti domini Hartmanni comitis de Kiburg et ejus mandati, et etiam ad majorem firmitatem dicto domino Hartmanno, comiti de Kiburg et ejus mandato pro nobis et heredibus nostris damus et ponimus bonos obsides una nobiscum pro predictis mille marchis, videlicet illustrem virum dominum Ludovicum de Sabaudia dominum Waudi, dominum Rudolphum de Novo Castro comitem et dominum de Nidowa, dominum Johannem de Harberg, dominum de Valengins, dominum Waltherum dominum de Wedisvile, dominum Johannem de Wedisvile, dominum Philippum de Kyen, dominum Conradum dominum de Burgen-

stein, dominum Johannem de Arwangen, dominum Rudolphum de Herliaco, dominum Jacobum de Bocisel, dominum Hartmannum de Crissie, dominum Petrum de Illens, dominum Johannem de Woucherens, dominum Stephanum de Molliprato, dominum Cononem de Valle transversa, milites; Aymonem de Sarrata, Johannem de Blonay, Johannem de Ligretz, Henricum de Columberio, Burquardum de Aventica, Ulricum de Morens, Jacobum de Porabant, Johannem de Scupfon, Othonem de Vauzmarciel, Nicholaum de Terraz, domicellos; Petrum de Chenens, Johannem dictum Richo, W., de Sillierro, Nicholaum de Corpastour, Perrodum Torchet, Petrum Serro, Conrardum Grasset, burgenses de Friburgo; Wulliermum Girardum, Petrum Girardum ejus fratrem, Perrodum Girardum filium jam dicti Wulliermi, Perrodum Gayet, Hugonem campsorem, burgenses de Mureto; Johannem dictum Ruidelo de Herlyaco et Cononem dictum de Suoz de Nidowa, quemlibet eorum in solidum. Quos obsides et ipsorum heredes nos pro nobis et heredibus nostris promittimus juramento quo supra totaliter servare indempnes, talibus siquidem conditionibus appositis in predictis, quod nos et omnes predicti obsides tenemur et tenentur venire apud Friburgum predictum infra mensem post requisitionem predicti domini comitis de Kiburg vel ejus nuncii seu mandati faciendam nobis et dictis obsidibus, vel cuilibet eorum ubicunque inventi fuerint, vel apud eorum domicilia in quibus moram contrahere consueverunt, si personaliter non possent citius inveniri, et ibi tenere hostagia propriis sumptibus a dictis hostagiis minime recessuri, quousque dicto domino comiti de Kiburg, quolibet termino dictorum terminorum elapso, si in solutionibus predictis deficeremus, quod absit, fuerit plenarie satisfactum super dictis mille marchis; hoc excepto, quod predicti obsides burgenses de Friburgo venire debent apud Muretum vel Bernum ubi malluerint et ibi tenere hostagia modo et forma quibus supra, alii in Friburgo, et quod locum dictorum scilicet Mureti et Berni elegerint mutare non possunt nec debent, sed ibi tenere hostagia usque ad satisfactionem supradictam. Et est sciendum quod si nos aut aliqui predictorum obsidum per se vel heredes non possemus vel non possent tenere hostagia predicta, aliquo obstaculo cujusvis necessitatis prepediente, mutare possumus personas nostras in hunc modum, scilicet nos Rodulphus comes et dominus Novi Castri, pro nobis debemus ad dicta hostagia ponere duos milites et duos armigeros, et predictus dominus Ludovicus de Sabaudia dominus Waudi pro se ipso quatuor milites, dominus Rodulphus de Novo Castro comes et dominus de Nidowa pro se duos milites, dominus Johannes de Arberg pro se duos armigeros, et quilibet aliorum obsidum unum alium ydoneum loco sui sine dolo et fraude ad dicta hostagia ponere tenetur et equos suos secum habere in hostagio supradicto. Si vero aliquis vel aliqui dictorum obsidum, quod Deus avertat, morerentur ante satisfactionem predictam, nos alium vel alios eque bonos et ydoneos sine fraude loco defuncti vel defunctorum ponere tenemur post requisitionem dicti domini comitis de Kiburg vel ejus mandati infra mensem, qui suppleant vices et promissiones defunctorum; quod si non faceremus, nos iterum et predictus Ludovicus de Sabaudia dominus Waudi, dominus Rudolphus de Novo Castro comes et dominus de Nidowa, et dominus Johannes de Arberg dominus de Valengins tenemur et tenentur infra mensem post requisitionem dicti domini comitis de Kiburg aut ejus mandati venire apud Fribur-

gum predictum et ibi tenere hostagia, modo quo supra, quousque defunctus et numerus dictorum defunctorum firmiter compleatur. Nos vero Ludovicus de Sabaudia dominus Waudi, Rudolphus de Novo Castro comes et dominus de Nidowa, Johannes de Arberg dominus de Valengins, et nos omnes alii prenominati obsides, tam milites quam nobiles alii et burgenses, ad preces et requisitionem dicti domini Rodulphi comitis et domini Novi Castri, nos et quilibet nostrum in solidum quilibet per se ad dicta hostagia tenenda, modis et conditionibus quibus superius exprimantur, una cum dicto domino Rodolpho comite et domino Novi Castri obligamus et ponimus ac etiam promittimus et promisimus solempni stipulatione atque per juramenta nostra super sancta Dei evangelia a nobis corporaliter prestita, universa et singula predicta totaliter observare et firmiter adimplere, et quod contra predicta vel aliquid de predictis seu contra presens instrumentum non veniemus per nos vel per alium in futurum. Et insuper volumus et annuimus nos predictus Rodolphus comes et dominus Novi Castri principales et nos omnes predicti obsides, quod si aliquid in predictis et in presenti instrumento fuerit omissum, obscurum, dubium vel inepte positum, quod illud suppleatur, declaretur, exponatur et interpretetur in favorem et ad intentionem dicti domini comitis de Kyburg, prout melius et sanius poterit ordinari. Renunciamus autem in hoc facto nos omnes prenominati obsides juri dicenti primo debere conveniri principales debitores quam obsides, et omnibus aliis exceptionibus juris canonici et civilis atque consuetudinis, quibus possemus contra predicta vel aliquid predictorum venire in futurum, juri que reprobanti generales renunciaciones nisi precesserint speciales. In quorum omnium testimonium et roboris firmitatem, nos sepedictus Rodolphus comes et dominus Novi Castri, et nos predictus Ludovicus de Sabaudia dominus Waudi, Rodolphus de Novo Castro comes et dominus de Nidowe, Johannes de Arberg dominus de Valengins, Waltherus dominus de Wediswile, Johannes de Wediswile, Filipus de Kyen, Conrardus de Burgensten, Rodolphus de Herliaco, Petrus de Illens, Johannes Wischerens, Cono de Valle transversa, milites; Johannes de Ligritz et Otho de Marcuel domicelli, sigilla nostra propria presentibus litteris duximus apponenda. Nos autem alii obsides prenominati, sigilla religiosi viri Petri abbatis fontis Andree lausannensis dyocesis premonstratensis ordinis et decanatus de Friburgo predicto pro nobis et pro quolibet nostrum per se presentibus litteris rogavimus apponi in testimonium premissorum. Nos vero predictus abbas fontis Andree et vice decanus predicti decanatus de Friburgo, sigillum nostrum predicti abbatis et sigillum dicti decanatus ad preces et instantiam dictorum obsidum, videlicet domini Jacobi de Bocisel, domini Hermanni de Crissie, domini Johannis de Arwangen, domini Stephani de Moliprato, militum; Aymonis domini de Sarrata, Johannis de Blonay, Uldrici Mœringen, Johannis de Schupfen, Jacobi de Poraban, Henrici de Columberio, Burquardi de Adventica, Nicholai de Teriauz, domicellorum; Johannis Richo, Petri de Chenens, Wuillermi de Silliero, Perrodi Torchat, Nicholai de Corpastor, Petri Ferro, Conrardi Grasset, burgensium de Friburgo; Wulliermi Girardi, Petri Girardi ejus fratris, Perrodi Girardi filii dicti Wulliermi, Petri Gayet, Hugonis Champoris burgensium de Mureto; Johannis Ruidelo de Herliaco et Cononis dicti de Suez de Nidowa, presentibus litteris duximus apponenda in testimonium omnium pre-

missorum. Datum et actum in Friburgo predicto, secunda die mensis maji, anno Domini MCCCXIX, indictione secunda.

CCCLVI.

Hartmann, comte de Kybourg, landgrave de Bourgogne, époux de Marguerite, fille de Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, promet que dès que celui-ci lui aura livré les mille marcs d'argent assurés pour dot à sa fille, il les assignera sur des terres situées dans la proximité de Neuchâtel.

LE XVI DES KAL. D'AOUT MCCCXIX. ⁽¹⁾

Copie vidimée sur parchemin aux archives du Prince. M^s; n^o 46.

Nos Harthemannus comes de Kyburg, langravius Burgondie, notum facimus universis presentibus et futuris quod cum nos duxerimus in uxorem legitimam dominam Margaritam, filiam illustris viri domini Rodulphi comitis et domini Novi Castri, et eam desponsaverimus in facie ecclesie per verba de presenti, et ipse dictus dominus Rodolphus socer noster nobis teneatur in mille marchis boni agentis ad legale pondus de Friburgo lausannensis dyocesis pro dote et nomine dotis ipsius domine Margarete uxoris nostre, quod nos dicto domino Rodolpho socero nostro et heredibus suis promittimus et promisimus per juramentum nostrum super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum solempnique stipulatione interposita, et in pactum expressum deducimus et deduximus cum eodem, quod quando et quoties aliquid de dictis mille marchis recipiemus, quod nos illud tunc et totiens eidem domino Rodolpho socero nostro et heredum suis ad opus et utilitatem dicte domine Margarete uxoris nostre et heredibus suorum situabimus et assignabimus et ponemus pro dote et nomine assignationis dotis super castella, villas, terras, possessiones et redditus quos habemus seu habebimus propinquiores terre et domini Novi Castri sine fraude et dolo omnibus dilationibus et impedimentis remotis, ita quod ipse dictus dominus Rodolphus et heredes sui debeant de dicta assignatione merite et secure contentari, et ad hec nos et heredes nostros obligamus eidem domino Rodolpho socero nostro et heredibus suis omnibus exceptionibus juris canonici et civilis atque consuetudinibus procul motis, et promittimus vi prestiti juramenti stipulationis et pacti quod contra predicta seu aliquid de predictis vel contra presens instrumentum non veniemus per nos vel per alium aliquatenus in futurum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum XVI kal. augusti, anno Domini MCCCXIX, indictione secunda.

(¹) 17 juillet.

CCCLVII.

Rodolphe, seigneur de Neuchâtel et chevalier, confirme un affranchissement de péage donné par ses prédécesseurs au couvent de Mont-Sainte-Marie.

AOUT MCCCXIX.

Titres primordiaux de l'abbaye de Mont-Sainte-Marie, liasse 1, n° 14, aux archives de Besançon.

NOUS Raolx, chevaliers, sires de Nuefchestel, facons savoir a touz que nous havons vehuz lettres de notres devantiers, esquelles il hont donez en amone et por le remede de lour ames es religieux dou Mont Sainte Marie de lordre de Citeaux de la dyocese de Besencon, que en tote lour terre li diz religious soient quites de peages et de ventes, lesquelles lettres nos loons et confirmons. Et encour donons et outroions es diz religious en amone por le remede de nostres ame et de ces que nous volons accompagner de nos biens faitz, quil en tote notre terre soient quites a touz jours et lour choses de peages et de ventes. En tesmeignaige de laquel chose nous havons mis nostre seaul en ces presentes lettres donees lan mil ccc et dix neuf ou mois de hahost.

CCCLVIII.

Extrait d'une sentence rendue par Hugues de Châlon, sire d'Arlay, et Louis de Savoie, seigneur de Vaud, déterminant les limites entre lesquelles il est permis aux gens du Val-de-Travers et de la seigneurie de Grandson de couper du bois sur la montagne.

VERS MCCCXX.

Copie vidimée sur papier aux arch. du Prince. T¹², n° 26, 2).

ITEM les joulx seront comunes pour marriner es gens et subgestz dudit seignour de Neuschastel et dudit seignour de Grantson dedans les limites cy dessoubz escriptes : Premièrement des prez Brussie tendant ou prey de Chanmellerie, et des Engin tendant ou sapel Thierrri, et des le sapel Thierrri tendant es Fontenetes estans derrier Gratevache, et des les dits Fontenetes tendant a la Roche estant derrier Morrort, et des la dite Roche tendant en laut de la Faulconniere sur lArouse estant derrier Rochefort, des les limites dessus dites jusques a la riviere de lArouse devers solois couchent en tirant devers Vaultravers pouent et doivent marriner les gens et sub-

gest dudit seignour de Neuschastel et du dit seigneur de Grantson sans faire empeschement ou contradictions ly ung a laultre. Item ne puent ne doivent les homes et subgest des parties dessus dites layer pour la pois, ne plumer pour lescorce es joulx cy dessus limitees.

CCCLIX.

Barthélemi, abbé de Saint-Maurice, assigne à Othon de la Molière, l'un de ses chanoines, une rente sur le bénéfice de l'église de Saint-Aubin.

MERCREDI APRÈS L'ASCENSION DE NOTRE SEIGNEUR MCCCXX. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux archives de la royale abbaye de Saint-Maurice en Valais.

B., Dei gratia abbas monasterii sancti Mauricii Agaunensis, dilecto canonico nostro Othoni de Moleria, salutem. Sicut enim dignum est ut male meriti egestate laborent, sic decens est ut bene meriti amplio beneficio honorentur. Quapropter quia te per experientiam cognovimus meritosum, ideo tibi damus et concedimus in beneficio personali quatuor libras lausanenses veteres vel extimationem ipsarum quas percipere consuevimus et debemus annis singulis a curato ecclesie sancti Albini lausannensis dyocesis ratione personatus seu personagii ecclesie memorate, ut ex ipsis quatuor libris lausannensibus annui redditus seu census, possis et valeas tibi in tuis necessitatibus honorabilius ac decentius providere. Considerantes in hoc quod aliquod premium recipias secundum tuorum exigentiam meritorum et ceteri propter hoc ad virtutum exercitium provocentur. Facientes et constituentes te per presentes quoad hoc ad petendum, exigendum et recuperandum quamdiu vixeris in humanis, dictas quatuor libras annui redditus seu census nostrum procuratorem et nuntium specialem; promittentes bona fide, quod nos solutionem que de dictis quatuor libris tibi vel mandato tuo facta fuerit, gratam habebimus et acceptam et nobis reputabimus totaliter fore factam. In quorum omnium robur et testimonium presentem patentem litteram sigillo nostro tibi tradidimus sigillatam. Data apud Sanctum Mauritium Agaunensem, die mercurii post ascensionem Domini, anno ejusdem MCCCXX.

(¹) 14 mai.

CCCLX.

Marguerite de Neuchâtel, co-dame de Blonay, donne quittance à son neveu Rodolphe, comte de Neuchâtel, des droits et actions qu'elle avait sur l'héritage du comté ou domaine de ce nom.

SAMEDI APRÈS LA SAINT BARTHÉLEMI MCCCXXII. (1)

Copie vidimée sur papier aux archives du Prince. J^v, n^o 6, f).

EGO Marguerita de Novo Castro, condomina de Blonay, notum facio universis, quod cum illustris vir dominus Rodolphus comes et dominus Novi Castri nepos meus carissimus mihi teneretur in mille et centum libras bonorum lausannensium, pro eo quod ex vi cujusdam transactionis et concordie facte inter me et ipsum, quittavi eidem et remisi actiones et jura mihi competentes et competentia in hereditate et bonis comitatus et domini Novi Castri, ego dicta Marguerita sciens et spontanea per presentes, confiteor et recognosco, quod de summa pecunie predictae dictus dominus Rodolphus septem centum libras mihi finavit solvendas per illustrem virum bone memorie quondam dominum Johannem de Cabilone dominum de Arlay, et ipsum, me volente et acceptante, constituit debitorem principalem et solutorem, ipsoque domino Rodolpho a solutione dictarum septem centum librarum penitus excluso; confiteor etiam de debito mille et centum librarum predicto, centum libras per manum dicti domini Rodolphi habuisse et recepisse in bona pecunia numerata. Quare ipsum dominum Rodolphum solenniter stipulantem et recipientem de dictis septem centum libris mihi finatis et de centum libris mihi solutis, ut dictum est, quitto, solvo penitus et remitto, et me teneo ab ipso et ejus heredibus plenarie pro contenta, faciens pactum solenne de non petendo ulterius aliquid de predictis seu occasione premissorum. Et si aliqua instrumenta reperirentur per que solutio et quittatio predictae possent in aliquo impediri vel infringi, volo quod ad hoc quod sint nullius momenti et valoris et nullam obtineant roboris firmitatem. Promittens juramento meo ad sancta Dei evangelia corporaliter prestito et stipulatione solemni contra predicta non facere aliquatenus vel venire, sed omnia et singula supradicta et infrascripta perpetuo attendere et servare. Renuncians in premissis et actioni et exceptioni doli mali, non numerate, non habite pecunie, spei future numerationis et in factum, erronee confessioni et extra judicium facte, et omnibus aliis renunciationibus et defensionibus juris et facti que contra predicta possent objici vel opponi. In quorum testimonium sigillum meum presentibus apposui, et apponi rogavi una cum sigillo meo, sigillum venerabilis viri Hugonis decani Viviaci. Nos autem Hugo decanus predictus ad preces domine Margarete predictae sigillum nos-

trum una cum sigillo ipsius duximus presentibus apponendum in testimonium premissorum. Datum anno Domini MCCCXXII, die sabbati post festum beati Bertholomei.

(⁴) 28 août.

CCCLXI.

Alexie, veuve de Jaquet fils de feu l'Amoureuse et Ulrich leur fils, déclarent avoir vendu à Girard de Coffrane, chapelain de l'autel de saint Guillaume à Neuchâtel, des cens assignés sur leur maison à la rue des Chavannes à Neuchâtel, et le comte Rodolphe déclare avoir reçu les lods de cette vente.

LUNDI APRÈS LA FÊTE DE SAINT BLAISE MCCCXXII. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. P¹⁰, n^o 25.

Nos Alexia relicta Jaqueti filii quondam a Lamourousa et Uldriodus eorumdem filius burgensis Novi Castri, notum facimus universis quod nos non vi, non dolo nec metu ducti, sed scientes et spontanei ac utilitate nostra in hac parte pensata, vendidimus et nos vendidisse confitemur pro nobis et nostris heredibus imperpetuum domino Girardo de Corfrano capellano altaris beati Wuillermi pro se et suis heredibus assignatis seu assignandis suis tres solidos lausannensis monete censuales, sitos et assignatos a nobis super domum nostram sitam in vico de Chavannis juxta domum liberorum Uldrici dicti Bergerun ex una parte, et domum Clemencete dicte Balasjour ex altera, et super cellarium nostrum cum fondo ipsius et suis appendiciis a terra usque ad celum, situm in eodem vico de Chavannis juxta cellarium Perroreti dicti Bochet ex una parte et cellarium dicte Clemencete ex altera, pro triginta solidis bone albe monete quos a dicto domino Girardo ob dictam venditionem habuimus et recepimus in bona pecunia numerata, propter debita dicti Jaqueti mariti mei dicte Alexie et patris mei dicti Uldriodi persolvenda. Unde renunciamus in hac parte exceptioni non numerate, non recepte, et non solute pecunie et omnibus aliis exceptionibus que nobis in hac parte possent prodesse, et dicto domino Girardo et suis heredibus seu assignandis suis obesse in futurum; renuncio siquidem ego dictus Uldriodus exceptioni minoris etatis. Qui dicti tres solidi dicte monete lausannensis censuales debent solvi annis singulis dicto domino Girardo, heredibus suis aut assignatis seu assignandis suis im perpetuum a nobis aut a quocunque possessore seu possessoribus ipsarum domus et cellarii in festo beati Galli annuatim; et si in ipso festo soluti non fuerint, possessor seu possessores dictarum domus et cellarii duplum solvere teneantur. In cujus rei testimonium sigillum illustris viri domini Rodulphi comitis et domini Novi Castri apponi rogavimus huic scripto. Nos vero predictus Rodulphus comes et dominus Novi Castri sigillum nostrum ad preces dictorum

Alexie et Uldriodi ejusdem filii, salvo tamen jure nostro et pro justo pretio laudis nobis inde soluto, litteris presentibus duximus apponendum. Datum die lune post festum beati Blasii, anno Domini MCCCXXII.

(¹) 8 février 1323.

CCCLXII.

Walther, abbé d'Engelberg, et son couvent déclarent qu'ils sont convenus avec le comte Jean d'Arberg de recevoir ses deux filles cadettes dans le couvent de religieuses du dit lieu.

LENDEMAIN DE SAINT JEAN MCCCXXIII. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. A, n° 1.

WIR Walther von Gottes genaden, abbet ze Engelberg, und unser convent gemeinlich tun kunt allen den die disin brief sehent older hoerent lesen, daz wir uberein komen sin willeklich mit gemeiner und einhelliger stimme, mit dem ediln herren Graven Johanse von Arberg, daz wir im zwo frowen phrunden han gegeben, zwein jungvrowen sinen tochtren.. dien jungsten, luterlich vor Got, an alle geverde; wir sin och im dem selben Graven Johanse also uber ein komen, wenne er, older die selben jungfrowen, older ander ir frunden deheiner, die selben phrunden vordernt wenne daz ist daz wir inen die phrunden geben sollen, und die selben jungvrowen williklich an allen furzug und an alle geverde in unser kloster enphahen sullen wenne sie wellent. Daz diz stete und veste si, und es hie nach nicht verkrenket werden muge, dar umbe so geben wir der vorgeschriben abbet Walther und unser convent unser ingelu an disin offennen brief, der geben wart ze Engelberg in unserm kloster, mornandes nach sant Johans tage ze sungiht, do man von Gottes geburte zalte druzehenhundert und dru und zwenzig jar.

(¹) 25 juin.

CCCLXIII.

Le comte Jean d'Arberg, seigneur de Valangin, reçoit à Beckenried, comme bailli de l'empire, l'hommage et le serment des Waldstetten.

VENDREDI APRÈS SAINT LÉGER MCCCXXIII. ⁽¹⁾

Archives d'Obwalden. Kopp. Urkunden, p. 137, n° 68.

WIR Graf Jo. von Arberg, Herre ze Vallensis und Lantvogt ze Underwalden, ze Switz und ze Uren, tuon kunt allen dien die dissen brief sehent older hoerent lesen, das die vorgeschriben Waltstette unz, an unserz hoerbornen Herren Kunig Ludviges stat, gumeilich huldu hant getan, un gesworn ze des Riches handen mit dien gedingen und mit dem rechte alz si je da her Kungen und Keisern hant getan ieklicher in dien Lendern nach sinem recte, und mit solchen gedingen han wir den eit von inen genomen, das si unser herre der Kunig dem heiligen Riche' behaben sol, noch von dem Riche nimer sol denkeinen weg verlazen. Wer aber, des wir Gotte nicht getruwen, das si dekeinen weg von dem Riche wrden verlassen, das sol dien vorgeschribenen Waltstetten an ir eit nit gan noch rueren keinen weg. Wir vergehen ouch das si mit dien gedingen huldu hant getan, das si von ir Lendern nieman sol vur tegedingen an keinen lanttag, noch an kein gerichte uz ir Lendern, noch enkeinen richter uber si setzen wan einen lantman ane geverde, und das wir dissen eit mit disen gedingen an des Riches stat han enphangen, dar umbe so geben wir unser Ingesigel an disen offennen brief zeinem geweren urkunde alles des hie vorgeschriben stat. Der wart geben ze Beggenriet an dem nechsten vritage nach sant Leodegarien tage, in dem Jare do man zalte von Gottes guburte drizehnhundert Jar und dru und zwenzig Jar.

⁽¹⁾ 7 octobre.

CCCLXIV.

Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, reconnaît avoir reçu de Béatrice de Vienne, dame d'Arlay, une somme à compte d'une plus considérable que lui devait son mari, Hugues de Châlon.

MERCREDI APRÈS LA FÊTE DES SAINTS PHILIPPE ET JACQUES MCCCXXIV. ⁽¹⁾

Inventaire Châlon, 11, Q n° 12, aux arch. du Doubs.

NOBILIS et potens vir dominus Rudolphus dominus et comes Novi Castri transjurenensis confessus est se habuisse et recepisse a domina Beatrice de Vyenne, domina Arlati, tutorio nomine, quater centum libras stephanienses, diminuendo de quadam majori summa in qua Hugo de Cabilone maritus dicte Beatricis dicto Rudolpho efficaciter erat obligatus. Datum die mercurii post festum apostolorum Philippi et Jacobi, anno Domini MCCC vicesimo quarto, presentibus Girardo preposito ecclesie Novi Castri et Johanne de Cheinens canonico dicte ecclesie.

⁽¹⁾ 2 mai.

CCCLXV.

Béatrice de Vienne, dame d'Arlay, déclare que Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, son vassal, l'ayant cautionnée envers son créancier, elle s'engage à le dédommager de toutes pertes et frais.

MARDI AVANT LA FÊTE DE SAINT JEAN-BAPTISTE MCCCXXIV. ⁽¹⁾

Original sur parchemin aux archives du Prince. Y°, n° 10.

NOUS Beatrix de Vienne, dame d'Alay faisons savoir a touz que comme nostre chiers cosins et feaux messire Rouz sires de Nuefchestel a nostre priere et a nostre requeste se soit obligiez plages et principal renderres en la main dou Bon dit Bonvallet, citiain de Besencon, dou quart de treze cenx et unze livres unze souz de bons estevenens, et dou tout a paier a chesque quart temps la quatieme partie dou dit debt, nous li dessus dicte dame d'Alay prometons en bone foy et per stipulacion sollempnel le dit monseigneur Roul presenz et recevanz en non de luy et de ses hoirs, garder de domaige de la dicte plagerie et rendre lui touz les domaiges, coust, missions et interest que il auroit fait, incorruz et sostenuz per raison de la dicte plagerie, des quex domaiges, cost, missions et interest, il et sui hoirs sunt a croire per leur simple soirement senz autre preuve ne monstre. En tesmoignage de la quel

chose nous avons mis nostre scel en cestes presentes lettres donnees a Noseroy, le mardi devant la feste saint Jehan Baptiste, lan mil troiz cenz vint et quatre.

(¹) 19 juin.

CCCLXVI.

Déclaration faite devant l'officialité de Besançon par Hugues de Bourgogne, en sa qualité d'exécuteur testamentaire de Renaud de Bourgogne, comte de Montbéliard, au sujet d'un legs que ce dernier avait fait en faveur de Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, frère de la femme du dit Renaud.

MERCREDI VEILLE DE SAINT LUC ÉVANGÉLISTE MCCCXXIV. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. J³, n^o 7.

Nos officialis curie bisuntinensis notum facimus universis quod in nostra propter hoc presentia personaliter constitutus illustris et potens vir dominus Hugo de Burgondia miles, exequutor testamenti codicillorum et ultime voluntatis bone memorie illustris viri domini Renardi de Burgondia quondam comitis Montisbiligardi, necnon curator, virtute et auctoritate predictorum testamenti et codicillorum et ultime voluntatis predictae Othonini ejusdem filii et heredis universalis ac administrator, rector et gubernator omnium bonorum et rerum dicti Othonini, virtute et auctoritate quibus supra, idem dominus Hugo confessus fuit in jure coram nobis quod prefatus dominus Renardus dilectus frater suus in codicillo suo seu sua ultima voluntate, dedit et legavit viro nobili et potenti domino Rodulpho comiti et domino Novi Castri fratri quondam comitisse Montisbiligardi, uxoris dicti comitis Renardi testatoris mille libras turonenses semel, ac ducentas libratas terre annui redditus prout in clausula que infra sequitur, extracta de codicillis seu ultima voluntate dicti testatoris auctoritate nostra de voluntate dicti domini Hugonis plenius continetur, cujus tenor sequitur in hec verba : (²)

Sane cum prefatus dominus Rodolphus dominus Novi Castri bonas litteras quitationem omnium jurium et actionum sibi competentium in bonis et hereditate comitatis Montisbeligardi dicto domino Hugoni fecerit et tradiderit, nominibus quibus supra, ad opus heredum dicti testatoris ad dictamen bonorum clericorum jurisperitorum quos super hoc idem dominus Hugo deputavit et ordinavit, omniaque fecerit et compleverit idem dominus Rodolphus secundum voluntatem dicti domini Hugonis et dispositionem seu ordinationem dicti testatoris atque virtute testamenti et codicillorum seu ultime voluntatis predicti testatoris, quomodolibet tenebatur videlicet debito tempore statim post mortem dicti testatoris publicato et aperto testamento et codicillis predictis in curia bisuntinensi, prout de jure debet et est fieri consuetum, prout hec idem dominus Hugo confessus fuit in jure coram nobis et

asseruit nominibus quibus supra vera esse et facta fuisse. Idem dominus Hugo volens bonam fidem agnoscere, et voluntatem dicti testatoris defuncti exequi et complere ac debito modo effectui mancipare, ut tenetur et est consonum rationi, considerans et attendens quod dicte ducente librate terre annui redditus melius et utilius poterant assignari dicto domino Rodulpho super redditus, exitus et proventus putei salinensis quam putei de Lahom le Sanier, et quod expediebat et utilius erat dicto Othonino heredi dicti testatoris ibidem facere assignationem dictarum ducentarum librarum terre annui redditus quam alibi, habito super hoc diligenti tractatu cum peritis et amicis dicti Othonini, considerata et inspecta in omnibus et per omnia evidenti utilitate ejusdem, cum commode in dicto puteo de Lahom le Sanier fieri non posset assignatio supradicta, prefatus dominus Hugo executorio et curatorio nomine necnon nominibus et auctoritatibus quibus supra, posuit et assignavit secundum voluntatem et ordinationem dicti testatoris fratris sui prefato domino Rodulpho legatario, heredibus et assignatis suis dictas ducentas libratas terre annui redditus levandas et percipiendas annuatim in media quadragesima per ipsum dominum Rodulphum, heredes et assignatos suos super omnes redditus, exitus et proventus quondam competentes testatori predicto et ad eum pertinentes, qui percipiuntur et percipi consueverunt in puteo salinensi per eundem testatorem et ejus heredes post decessum ejusdem. Devestiens se idem dominus Hugo nominibus quibus supra et dictum Othoninum nunc heredem dicti testatoris et alios heredes ejusdem testatoris qui pro tempore fuerint de predictis redditibus, proventus et exitibus dicti putei usque ad quantitatem predictam et de omni jure percipiendi dictas ducentas libratas terre annui redditus dictum dominum Rodulphum, heredes et assignatos suos investivit et in corporalem et vacuum possessionem vel quasi induxit de predictis redditibus, proventus et exitibus, et de omni jure percipiendi eosdem per traditionem presentis instrumenti et per visionem et demonstrationem dicti putei, nichil juris, petitionis, domini vel quasi, possessionis vel quasi retinens nominibus quibus supra in prefatis ducentis libratas terre, sed omne dominium et possessionem de eisdem transtulit nominibus quibus supra in dictum dominum Rodulphum, heredes et assignatos ejusdem, salvo feodo domini Montisbeligardi qui pro tempore fuerit, prout in testamenti clausula superius continetur. Constituens se idem dominus Hugo nominibus quibus supra possidere vice et nomine dicti domini Rodulphi, heredum et assignatorum suorum dictas ducentas libratas terre annui redditus, donec idem dominus Rodulphus, heredes vel assignati sui earumdem ducentarum librarum terre et juris percipiendi easdem corporalem possessionem vel quasi fuerint apprehensi. Mandans et precipiens nominibus quibus supra idem dominus Hugo per presentes litteras omnibus relectoribus dictorum reddituum, exituum et proventuum dicti putei salinensis ad dictum testatorem quondam pertinentium, qui pro tempore fuerunt et nunc sunt, cujuscunque gradus vel conditionis existant, ut ipsi de cetero perpetuo tradant et deliberent, reddant et solvant dicto domino Rodulpho, heredibus et assignatis suis annuatim dictas ducentas libratas terre tempore medie quadragesime in bona pecunia numerata, nullo alio a dicto domino Hugone vel aliquibus heredibus dicti testatoris qui nunc sunt vel in futurum fuerint super hoc expectato mandato, et de dictis redditibus, exitibus et proven-

tibus dicti putei integre et perfecte eidem domino Rodolfo, heredibus et assignatis suis respondeant, sicut dicto testatori tempore vite sue respondere hactenus tenebantur; volens et concedens idem dominus Hugo nominibus quibus supra, quod ipse dominus Rodolphus, heredes et assignati sui de cetero capiant, recipiant et apprehendant annuatim tempore predicto medie quadragesime dictos redditus, proventus et exitus dicti putei salinensis usque ad plenam et integram solutionem et perceptionem dictarum ducentarum librarum terre sua propria auctoritate sine juris et pretoris offensa et sine requisitione vel mandato cujuscunque. Promisit etiam idem dominus Hugo nominibus quibus supra per pactum expressum, juramento suo et solempni stipulatione vallatum et sub obligatione expressa omnium bonorum mobilium et immobilium totius comitatus Montisbeligardi quorum regimen et curam gerit ad presens virtute testamenti et codicillorum predictorum, dicto domino Rodolpho presenti et recipienti pro se et heredibus assignatis suis, et sollempniter stipulanti eidem domino Rodolpho, heredibus et assignatis suis, manutenere, defendere et garantire in judicio et extra et in omni parte litis, molestationis et controversie, dictam assignationem predicti annui redditus propriis dictorum heredum sumptibus et expensis sibi vel dictis heredibus facta denuntiatione vel non facta, ac facere et prestare quicquid in causa evictionis debet fieri et prestari de consuetudine vel de jure; et si forte, quod absit, contingeret quod dictus dominus Rodolphus, heredes vel assignati sui turbarentur, molestarentur vel inquietarentur seu in causam traherentur de jure vel de facto, super perceptione dictarum ducentarum librarum terre annui redditus vel super assignatione predicta, vel impedirentur aliquo modo de jure vel de facto quominus percipere possent dictum annum redditum ducentarum librarum terre, ut premititur, dictus dominus Hugo executorio et curatorio nomine, necnon auctoritatibus et nominibus quibus supra, pro dictis heredibus dicti testatoris sub expressa obligatione omnium bonorum quibus supra, promisit juramento suo super hoc accedente dicto domino Rodolpho pro se, heredibus et assignatis suis sollempniter stipulanti reddere, restituere et resarcire eidem domino Rodolpho, heredibus et assignatis suis omnia dampna, constamenta, interesse et expensas que et quas idem dominus Rodolphus, heredes vel assignati sui dicerent se sustinuisse vel incurrisse, suo simplici juramento tantum, sine alia probatione et dampnorum et interesse, declaratione vel monstrantia, occasione predicta: et si forte idem dominus Hugo, nominibus quibus supra, vel heredes dicti testatoris in futurum dictas ducentas libras terre annui redditus super dicta assignatione garantire non possent ad eo quod easdem libere et sine impedimento percipere possent dicti dominus Rodolphus, heredes et assignati sui annuatim predicto tempore, ut superius est expressum, promisit idem dominus Hugo nominibus quibus supra dicto domino Rodolpho pro se, heredibus et assignatis suis facere alibi in loco congruo, libere, super alodio dictorum heredum assignationem predictam bonam et firmam de dictis ducentis libris terre annui redditus dicto domino Rodolpho, heredibus et assignatis suis ac eidem solvere promisit, ut supra, omnia retenta temporis precedentis redditus annui supradicti. Promisit insuper idem dominus Hugo, nominibus et auctoritatibus juramento et obligationibus quibus supra, dicto domino Rodolpho pro se, heredibus et assignatis suis, sollempniter stipulanti, se facturum et curaturum hinc ad biennium

quam cito comode poterit, quod domina Johanna, regina Francie et Navarre comitissaque Burgondie de cujus feodo esse dicuntur exitus et proventus predicti, qui percipi consueverunt per dictum testatorem in dicto puteo salinensi et nunc per ejus heredes percipientur, pertinentes quondam ad testatorem predictum in puteo predicto, vel ille seu illi ad quos pertineret de jure laudabunt, ratificabunt, et approbabunt predictam assignationem dictarum ducentarum librarum terre annui redditus, modo et forma quibus superius continetur. Et si forte, quod absit, contingeret quod dicta domina regina, vel ille seu illi ad quos pertineret de jure, dictam ratificationem assignationis predictae et omnium predictorum facere recusarent, idem dominus Hugo, nominibus et auctoritatibus quibus supra, promisit eidem domino Rodulpho, heredibus et assignatis suis dictam assignationem facere in bono loco et congruo ipsis propinquo, libere, super alodio heredum predictorum, jure vel consuetudine super hoc non obstante, quibus renunciavit expresse; ita tamen quod illa assignatio que tunc fieret eisdem, debet esse de feodo domini Montisbeligardi ut in predicta testamenti vel codicillorum clausula continetur; renunciavitque in hoc facto idem dominus Hugo nominibus quibus supra juramento suo corporali et per pactum expressum sollempni stipulatione vallatum, omni deceptioni, circumventioni, doli mali, metus et in factum actioni, erronee confessioni, assignationi minus sollempniter vel minus legitime facte, stipulationi et permissioni indebite vel sine causa factis, juri que dicenti alteri stipulari non posse et alterum pro alio minime obligari, ac juri dicenti alicui super dampnum et interesse ex contractu provenientibus cedi non debere proprio juramento, conditioni sine causa, conditioni ex lege, recisorie actioni, quanto minoris et quanto pluris, civili et pretorie actioni, omni juri canonico et civili, loci et patrie consuetudini, omni beneficio ordinario et extraordinario, et omnibus aliis exceptionibus, deffensionibus et allegationibus juris et facti per quas predicta seu aliqua de predictis possent annullari, vitiari seu corrumpi in toto vel in parte, ac juri dicenti generalem renuntiationem non valere nisi precesserit specialis. In quorum omnium auctoritatem, robur et testimonium, nos officialis predictus ad preces et requisitionem predicti domini Hugonis qui omnia predicta fecit et promisit in jure coram nobis, ut superius sunt expressa, de mandato et voluntate ejusdem domini Hugonis, presentes litteras scribi fecimus per notarium infrascriptum et sigilli curie bisuntinensis munimine roborari: presentibus domino Odone de Torpe, domino Matheo, domino de Monte Martino, militibus; magistro Guillelmo de monasterio Altepetre et dicto Esquaille de Flurance et domino Johanne legum professore dicto Girol canonico lausannensi, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis. Nos vero Hugo de Burgondia predictus qui omnia et singula supradicta fecisse et ordinasse et promisisse, ut superius sunt expressa, confitemur in jure coram domino officiali predicto, sigillum nostrum una cum sigillo dicte curie bisuntinensis ad majorem roboris firmitatem presentibus duximus apponendum. Datum in castro Castellionis dicti domini Hugonis, die mercurii in vigilia beati Luce evangeliste, anno Domini MCCCXXIV.

(¹) 17 octobre.

(²) L'acte reproduit ici en entier celui donné plus haut sous n° 539, année 1314, page 320 au bas.

CCCLXVII.

Perrod d'Engollon, domzel, vend à Henri et Perrin, frères, seigneurs de Colombier et domzels, la moitié de la dîme de Chésard au Val-de-Ruz, qu'il tenait en fief des dits seigneurs.

MARDI APRÈS LA FÊTE DE SAINT NICOLAS MCCCXXIV. (4)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. P², n° 3.

EGO Perrodus dictus dEngolum domicellus, notum facio universis quod ego non vi, non dolo, non metu ductus, sed sciens et spontaneus, de laude et consensu expresso Jaquete uxoris mee, pro me et heredibus meis vendidi et titulo pure venditionis et perpetue tradidi et concessi Henrico et Perrino dominis de Columberio fratribus, domicellis, pro se et suis heredibus totam medietatem totius decime de Chesays, in valle Roduli cum suis omnibus universis appendenciis ubicunque sint in parrochia sancti Martini, et in parrochia de Cernies, et in omnibus aliis et universis quibuscunque locis, prout recepi vel alter nomine meo usque in diem confectionis presentium, quam medietatem dicte decime, prout dictum est, a dictis fratribus in feodum tenebam, videlicet pro quater viginti et quinque libris lausannensis monete bone et expendibilis, quam totam summam predictae pecunie confiteor recepisse et habuisse integre per presentes ob dictam venditionem a dictis fratribus in bona pecunia numerata. Devestiens me siquidem et heredes meos de tota medietate dicte decime cum suis appendenciis, prout superius declaratur, et dictos fratres et heredes suos investivi corporaliter de ipsis per presentes, proprietatem dicte medietatis decime, prout superius dicitur, ad ipsos et heredes suos totaliter transferendo; recognoscens etiam in ipsius medietate dicte decime et suis appendenciis deinceps aliquid jus non habere, hoc salvo et a me dictis fratribus declarato, quod dicti fratres et heredes sui tenentur annuatim solvere perpetuo ecclesie fontis Andree unum tarcerium frumenti et unum tarcerium avene, ecclesie similiter de Hemgolum quatuor minas frumenti et quatuor minas avene pro remedio anime antecessorum meorum et mee. Renuncians in hac parte penitus et expresse pro me et heredibus meis exceptioni non numerate pecunie, non tradite et non solute, seu in utilitatem meam et heredum meorum minus verse, exceptioni doli mali, metus, in factum, exceptioni minoris pretii, restitutionis in integrum et omnibus et singulis aliis exceptionibus, juribus, constitutionibus, consuetudinibus et usibus juris canonici vel civilis per que dicta venditio posset revocari, seu etiam annullari, et specialiter juri dicenti generales renunciaciones non valere nisi precesserint speciales. Ego vero dicta Jaqueta predictae venditioni consentiens, penitus et expresse renuncio exceptioni dotis et omni juri canonico et civili in favorem mulierum introducto. In cujus rei testimonium nos dicti Perrodus et Jaqueta uxor ejus apponi rogavimus huic scripto sigillum

nobilis viri domini Johannis de Arber domini de Vaulengin, et sigillum discreti viri domini Nicholai curati de Gyez una cum sigillo meo. Nos vero dicti Johannes dominus de Vaulengin et Nicholaus curatus ad instantiam dictorum conjugum una cum sigillo dicti Perrodi sigilla nostra apposuimus huic scripto. Datum die martis post festum beati Nicholai, anno Domini mcccxxiv.

(¹) 11 décembre.

CCCLXVIII.

Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, en présence de Béatrice de Vienne, dame d'Arlay, dont il est le vassal, émancipe son fils Louis et dispose en sa faveur d'une partie de ses biens.

LE VI JUILLET MCCCXXV.

Original sur parchemin aux archives du Prince. M^s, n^o 1.

apertenanz es diz luez, ensamble les fonz, les apertenences et les appendises dycelx, et tot le droit, action, raison, reclamation, propriety, possession, profit, emolument, signorie et aluef que li dicte dame Mahat havoit et tenoit, pouhoit et davoit tenir et havoit es diz lues ou a ycelx, en chaistelx, en maisons fors, en donjons, en forteresces, en tranchies, en fossez, en bours, en viles, en granges, en demeures, en mes, en maisons, en chaisaux, en plaices, en fours, en molins, en praez, en champs, en chenevieres, en vignes, en cultis, en hoiches, en bois, en revieres, en haigues, en decours daigues, en estanz, en sieges destanz, en laiz, en paicherries, en tierces, en desmes, en moiteresces, en homes, en fames, en bestes, en tailles, en prises, en mises, en haides, en exactions, en rantes ordenaires et extraordenaires, en censes, en insues, en corvees, en gelines, en paturaiges, en ray, en bam, en signories, en comandises, en fyez, en rerefyez, en totes justises autes et baisses, mere, miste impere, juridition et simple cohercion, en amendes grosses et menues, en meyn morte, en paturaiges, en droit de presenter es ingleses, en collation de chapeleries ou de benefic de seinte inglese, en gies, en avoueries, en plaiz generalx, en menaides, en custumes, en vaites, en gaigerries, en merchiez, en foires, en emolument de saelx, en guardes, en maisseries, en prevotez, en mairies, en paissaiges, en pahaiges, en trahuaiges, et en totes autres chouses queles que eles soient et coment que eles soient appeles ou nomees. Item enporte li diz messire Loys de Nuefchaistel et doit havoit en nom de dame Jehaine say feme por tot le droit a ley competant pour raison de la dicte succession, lay marche, le chaistel, la fort maison et la vile Mercey, Motellat, Maigne sus Thile, Lonchamp, Champfort, Braichon, et tot ce que li dicte dame Mahat havoit, pouhoit et davoit havoit ou douchaine de lay de lay Sone et es diz lues de cay de lay Sone et de lay, et touz les fyez appartenez es diz lues, ensamble les fonz, les appartenez, et les appendises dycelx, et tot le droit, action, raison, reclamation, propriety, possession, profit, emolument, signorie et aluef que la dicte dame Mahat tenoit et havoit, pouvoit et davoit tenir et havoit es diz lues ou a ycelx, en chaistelx, en maisons fors, en donjons, en forteresces, en tranchies, en fossez, en bois, en viles, en granges, en demeures, en mes, en maisons, en chaisaus, en plaices, en fours, en molins, en praez, en champs, en chenevieres, en vignes, en cultis, en hoiches, en bois, en revieres, en aigues, en descours daigues, en estanz, en sieges destanz, en laiz, en paischerries, en tierces, en desmes, en moiteresces, en homes, en fames, en bestes, en tailles, en prises, en mises, en aides, en exactions, en rantes ordenaires et extraordenaires, en censes, en insues, en corvees, en gelines, en paituraiges, en ray, en banz, en signories, en comandises, en fyez, en rerefyez, en toutes justises autes et baisses, mere, mixte impere, juridition et simple cohercion, en amendes grosses et menues, en meyn morte, en paturaige, en droiz de presenter es ingleses, en collation de chapeleries ou de benefic de seinte inglese, en getes, en avoueries, en plaiz generalx, en menaides, en custumes, en vaites, en gaigerries, en merchiez, en foires, en emolument de saelx, en guardes, en maisseries, en prevotez, en mairies, en pascuaiges, en pahaiges, en trahuaiges; item en toutes autres chouses queles queles soient et coment que eles soient appeles ou nomees. Item le chaistel et la vile de Autefuille et cent et quinze livres de terre a

plux pres de la dite maison. Item et come li dicte Mahat haust doney a noz Henry de Bourgogne dessus dit, Braichon et Lonchamp et les appertences pour havoir, tenir et possider a notre vie tant seulement, nos li dessus diz arbitres disons et pronuncons que li diz sires de Montfacon en nom de lui et de monsignour Girart son frere por le doues pars, assiester et assetoit a dit monsignour Loys de Nuefchaistel en nom de say dicte fame, seix vinz livres de terre es us et es custumes de Bourgogne, ou plux ou moyns selonc ce que lon troveray que les rantes et les insues de Braichon et de Lonchamp et des appertences varront a dit monseignour Henry de Bourgoigne pour cause de la dicte donation, estimees per prodomes por les doues pars des dictes rantes ou remenant de la terre de Autefuille ou de la terre de Willafans a plux pres de Autefuille en recompensation de la dicte donation en tant come il appartient es diz Henry et Girart, pour tenir et possider per le dit monsignour Loys de Nuefchaistel en nom que dessus a la vie dou dit monseignour Henry de Bourgoigne, en laquel assise des seix vinz livres de terre ou dou plux ou dou moins lon doit assehoir vignes a quinze muis de vim, par la meniere que lon hay trovey per le sairement des prodomes et a plux pres de Autefuille, et apres le decex dou dit monsignour Henry de Bourgogne ou ou caux ou quel li diz Henris et Girars freres ou li uns de lour ou lour hoirs porroient pourchacier vers le dit monsignour Henry de Bourgoigne, que il abandonet les chouses que il tient por raison de la dicte donation. Li diz messire Loys en nom que dessus doit havoir, tenir et posseder totes les chouses que li diz messire Henris de Bourgoigne tenoit pour la dicte donation, et la assignaux des dictes seix vinz livres de terre ou dou plux ou dou moins que y saroit assis, saroit quittes et retourneroit es diz monsignour Henry et Girart frere ou a lour hoirs. Item disons que li diz messire Loys de Nuefchaistel en nom que dessus entroit et doige entrer en la foy et en lomaige doudit signour de Montfacon de ce que il hauray par devers Autefuille et par devers Willafans en accressance dou premier fye en que le diz messire Loys en nom que dessus est a dit signour de Montfacon en la meniere que il est contenuz es lettres dou premier fye et dou partaige, et se acons en demandet riens a dit monsignour Loys en nom que dessus, li diz sires de Montfacon len doit apaisier et li en doit porter garant encontre touz. Item volons, disons et ordenons, que se es lues dessus diz havoit plux li uns que li autres des diz fyez, recompensations dycelx se daroit faire entre les dictes parties en fyez, contre fyez, a regart de doux chevaliers. Item se en ces chouses dessus dictes havoit point de occultey, nos retenons a nos la declaration dycelles por declarier et ordener a nostre volontey. Lesquelx chouses ensic dictes et pronunciees per les diz arbitres dou commoul escort, en nostre presence et en la presence des dictes parties, les dictes parties en droit et en jugement per devant nos pour ce personament establies, de lour pleine velontey et de lour certaine science le dit et lay pronunciation des diz arbitres por lour et en nom que dessus et por lour hoirs hont louhey, approvey, ratiffie, emologue et confermey, et ycelui dit et cele pronunciation hont promis les dictes parties en nom de lauctoritey que dessus per lour sairemanz pour ce doney et pour lour et pour leurs hoirs et sus la poinne dessus dicte, promise et stipulee, fermement tenir, garder et accomplir, faire poursurre et mener a effet dou tot en tot senz jamais venir encomtre per

lour ne per autrui, per fait ou per parole, taisiblement ou expressement ne consentir que autres y veigne et que il ne hont fait, ne faront chouse per quoy totes les chouses contenues en ces presentes lettres ne soient et demoroient perpetuellement en lour force, et expeciament li diz Loys de Nuefchaistel, en nom que dessus, hay confesse et publiement recogneu, en droit et en jugement per devant nos lui tenir et davoit tenir en nom de say dicte feme en fyez doudit signour de Montfacon, tot ce que li est venuz per le dit partaige et per la dicte prononciation par devers Autefuille et per devers Willafans en accressance, dou premier fye en que li diz Loys en nom que dessus estoit et est a dit signour de Montfacon en la meniere que il est contenuz es lettres dou premier fyez et dou partaige, et le diz sires de Montfacon hay promis per son sairement pour ce doney, pour lui et pour ses hoirs, a dit Loys de Nuefchestel en nom que dessus et a la dicte dame Jehanne say feme et a lour hoirs, que se acons lour demandet riens pour raison dou dit fye et des dictes cent et quinze livres de terre, quil lour appaiseroit et lour en pourteroit garant contre touz; et totes les choses dessus dictes et une chescune dyceles hont confessey les dictes parties en droit et en jugement per devant nos estre veraies et ensic estre faites, pronunciees, louhees, emologuees et rattifiees, et yceles hont il promis per lour dit sairementz jay donnez et sus la poinne dessus ditte li uns a lautre en nom que dessus fermement tenir, garder et acomplir senz jamais venir encontre. Et pour plux grand saultey havoit des chouses dessus dictes, les dites parties en nom et de lauctoritey que dessus, ont obligie et obligent li une des parties a lautre, lour, lour hoirs et touz lour biens mobles et non mobles presenz et a venir quelxque il soient et en quelque lue que il puissent estre livrez por panrre, vendre et alier de la propre auctoritey de la partie que ces chouses dessus dictes tenroit, garderoit et acompliroit senz offense de droit, de partie et de juge, senz demander et senz faire recreance, la sentence dexcomuniement non obstant. Et hont renuncie et renuncient les dictes parties en nom que dessus et une chescune dyceles pour lour et pour lour hoirs per lour sairementz pour ce donez, a tote exception de mal, de barat, de lesion, de circonvention, de action en fait, de condition senz cause ou de moyns suffisant cause, a tous benefices de restitution pour quelque cause que ce soit general ou expecial a ce que il ne puissent dire ne aleguer que autre chouse soit pronunciee et per autre meniere et autre soit escripte, a toute decevance et a toutes autres exceptions de fait, de droit, de custume, de statuz et de privileges que pourraient estre opposees contre ces presentes lettres encontre aconne chouse des chouses contenues en yceles et a droit que dit generalx renunciations ne vaut. Et hont vuilliu et outroie les dictes parties en nom que dessus, que nos les contreigniens et faciens contreindre a lobservation de toutes les chouses dessus dictes et doune chescune dyceles en tant come elles les touchent per sentence dexcommuniement et per la caption et alienation de lour biens quelxque il soient, tout ensamble a une fois et a chescune par soy, exception quelque soit non obstant; et se sunt soumis et submetent les dictes parties en nom que de dessus, lour, lour hoirs et touz lour biens quant a ce a la juridition et coercon de la court de Besencon. En tesmoignage de laquel chouse, nos officiaux dessus diz a la priere et a la requeste des diz arbitres et des dictes parties havons mis le sael de la court de Besencon pendant

en ces presentes lettres ensamble les sealx des dessus diz arbitres. Et nos Loys de Savoie, Henris de Bourgoigne et Loys de Poitiers, chevaliers, en tesmoignage de veritey des chouses dessus dictes, havons mis nos sealx pendant en ces presentes lettres ensamble le sael de la court de Besencon. Ces chouses furent faites a Besencon, lan nostre Signour corrant per mil trois cenz et trente, le jour dou mecredi devant feste seint Barnabe apostre, en la presence de discrettes et honorables personnes Jehan de Rogemont thresorier de Besencon, Guillaume de Rogemont arcedyacre de Lixui en liglese de Besencon, Vauchier de Varre, Jehan de Willafans, escuiers, maistre Pierre de Roulans, Estienne de Crissey, Thomas Cochy clers et plusours autres dignes de foy, tesmoins sus ce appelez et requis, et cler Cochy.

(¹) 6 juin.

CCCLXXXIV.

Othon, duc d'Autriche, permet à Marquard de Hasembourg, de donner à Ursule sa fille, le château et la seigneurie de ce nom et le comté de Willisau qu'elle posséda et fit passer à Jean, comte d'Arberg et seigneur de Valangin, son fils né de Girard d'Arberg, son premier mari.

SAMEDI APRÈS LA SAINTE CROIX MCCCXXX. (¹)

Original sur parchemin aux archives du Prince. G⁵, n° 30.

WIR Otto von Gots Gnaden Hertzog ze Oestreich und ze Styr..... un tun chunt offentlich mit diesem Brief, daz unser getruwer liber Marquart von Hasenburg mit diser Hant gunst und gutem Willen gemachet hat. Urseln siner Tochter die Burg ze Hasenburg mit den Banholtzern die dar zuo hoerent un ein march galtes lit ze Olisruti, und alle vrefel uber sin lute an daz Blut un ze Willisowe Wochemercht un Jarmercht; wer ouch das der vorgebant Marquart lib erben gewunne daz sun weren, so sol daz vorgeschriben gemecht dhein chraft han. Es sind ouch die obgenanten gut von uns Lehen; un des zu einem urchund geben wir disen Brief versigelt mit unserm Insigel, der ist gebn ze Brukke do von Christs geburt dreyzehen hundert iar dar nach in dem drizzigsten iar am samztag nach des hiligen chrutzs tag.

(¹) 15 septembre.

CCCLXXXV.

Louis de Savoie, seigneur de Vaud, déclare par son chevalier Jaques de Portalban, avoir reçu de Rodolphe, seigneur de Neuchâtel, trente florins d'or que lui devait celui-ci pour dépense faite dans leur voyage en revenant ensemble de Milan.

OCTOBRE MCCCXXX.

Original sur parchemin aux archives du Prince. O^s, n^o 28.

EGO Jacobus de Portu Arano miles illustris viri domini Ludovici de Sabaudia domini Vuaudi, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod ego ex causa nuncii recepisse me confiteor ab illustri viro domino Rodulpho domino Novi Castri triginta unum florenos ponderis boni, videlicet pro expensis quas fecerunt in reditu suo de Mediolano; item viginti solidos grossorum turonensium quos ego dictus Jacobus dimisi domino Johanni de Chantrans qui remansit infirmus ultra montes cum duobus armigeris et cum lecticaria domine de Cabilone, quam florinorum et argenti quantitatem promitto dicto domino Rodulpho vel nuncio ejus deferenti presentem litteram me facturum et procuraturum ut sibi per dominum meum dominum Ludovicum solvetur. Datum mense octobris, anno Domini MCCCXXX, sub sigillo meo prefati Jacobi militis.

CCCLXXXVI.

Testament de Marguerite de Neuchâtel, veuve de Jean de Blonay, domzel.

LE VI NOVEMBRE MCCCXXX.

Original sur parchemin aux arch. du Prince. U^s, n^o 28.

IN nomine Patris, Filii et Spiritus sancti, amen. Ego Marguereta de Novo Castro, uxor quondam Johannis de Blognay domicelli, sana mente licet gravi infirmitate mei corporis sim oppressa, in mea tamen bona memoria constituta, ne decedam intestata, testamentum meum nuncupativum seu meam ultimam voluntatem facio, dispono et ordino in hunc modum. In primis animam meam reddo altissimo creatori. Item clamores meos, si qui apparuerint emendari, et debita mea, elemosinas et legata pacificari et persolvi volo et precipio per manus executorum meorum quos inferius nominabo, de plano et sine strepitu judicii. Item sepulturam meam eligo in

ecclesia Novi Castri, dyocesis lausannensis, cui ecclesie predicte et canonicis ejusdem et suis successoribus in eadem ecclesia, do et lego decem libratas terre imperpetuum, quas assigno et asseto imperpetuum eidem ecclesie et dictis canonicis et eorum successoribus predictis habendas imperpetuum, recuperandas et levandas annuatim super dotem meam et bona dicte dotis mee. Item do et lego imperpetuum eidem ecclesie et dictis canonicis et suis successoribus predictis ad opus altarium ejusdem ecclesie quandam vineam meam dictam Planta quam ego dicta Marguereta feci meis missionibus et expensis plantari, sitam in territorio de Corsanz. Item Marguerete et Agnelete filiabus meis quinquaginta libratas terre annui redditus de dote mea et rebus et bonis dicte dotis mee imperpetuum do et lego, preter partem et portionem dictas filias meas contingentes in bonis, rebus et hereditate tam paternis quam maternis. Item etiam Katherine filie Johannis filii mei viginti quinque libras lausannenses semel tantum do et lego; quas quidem quinquaginta libratas terre annui redditus eisdem filiabus meis, ut supra per me datas et legatas, sibi assigno habendas imperpetuum, recuperandas et levandas super terram et partem dicti Johannis quondam mariti mei totius castri de Blagnay, pertinentiarum, appendiciarum, jurisdictionis mere et mixti imperii dicte partis et terre predicte totius castri predicti, confitens me tantum habere jocalia infrascripta et non plura, videlicet unum anulum symeraudum, quem illustri viro domino Rodulpho comiti et domino Novi Castri do et lego. Item unum psalterium illuminatum de auro quod nobili domine domine Ellionde de Sabaudia ejus consorti karissime do et lego. Item unum lapidem dictum ruby et unum saphirum et unam equam albam quos Ludovico filio meo do et lego. Item unum lapidem pretiosum dictum camaul quem domine Marguerete de Blagnay uxori domini Wullielmi de Blagnay militis do et lego. Predicta autem omnia volo et precipio quod executioni mandentur plenarie infra annum quo decedam. Hujus autem mei testamenti seu ultime voluntatis vel dispositionis facio et constituo executores meos videlicet predictum dominum Rodulphum comitem et dominum Novi Castri et virum venerabilem et discretum dominum Girardum prepositum dicte ecclesie Novi Castri quemlibet ipsorum in solidum, dans et concedens per presentes dictis executoribus meis cuilibet ipsorum in solidum plenam et liberam potestatem et speciale mandatum agendi, defendendi, declarandi, interpretandi et penitus exequendi, exigendi et recuperandi jura et debita mea, pacificandi clamores meos, debita mea, elemosinas et legata persolvendi et omnia alia et singula faciendi, que ego si viverem possem facere vel deberem. Et si omnes executores hujus mei testamenti seu ultime voluntatis interesse non possent aut nollent, unus eorum eam nichilominus exequatur. Hanc autem meam voluntatem ultimam vel dispositionem volo solam et unicam, omni alia si quam prius feceram revocata et penitus adnullata, et eandem volo valere jure testamenti in scriptis, et si non valet jure testamenti in scriptis, volo quod valeat jure testamenti nuncupativi, vel jure codicillorum, aut jure donationis causa mortis, vel cujuslibet alterius voluntatis; et si non valet secundum leges, volo quod valeat secundum canonicas sanctiones, ponens, obligans et relinquens in manibus dictorum executorum meorum omnia bona mea, actiones et jura pro premissis omnibus exequendis, devestiens me de bonis, juribus et actionibus predictis, dictos executores meos investiendo corporaliter de eisdem

per traditionem presentis instrumenti, mandans et precipiens per presentes ego dicta Marguereta testatrix, omnibus debitoribus meis et omnibus illis personis qui vel que mihi tenentur obligate in aliquo, modo aliquo vel astrictè, ac etiam possessoribus rerum et honorum meorum predictorum, ut ipsi de dictis debitis, bonis et rebus predictis eisdem executoribus meis respondeant, solvant et integre sibi satisfaciant de eisdem. Si quis autem contra hanc meam ultimam voluntatem et presens testamentum ire presumpserit, ipsum sic facientem et contra venientem privo et privari volo ab omnibus bonis, juribus et actionibus meis predictis et ab omni legato in hoc presenti testamento sibi facto, et etiam ab omni jure, ratione et actione quod et quas contraveniens posset petere in eisdem vel reclamare. In cujus rei testimonium ego dicta Marguereta de Novo Castro, uxor quondam dicti Johannis de Blognay ad preces meas et requisitionem, sigillum curie lausannensis rogavi et feci huic scripto apponi, et una cum sigillo curie lausannensis signum notarii publici infra scripti rogavi et feci huic scripto seu presenti instrumento publico apponi. Et nos officialis dicte curie lausannensis ad preces et requisitionem dicte Marguerete de Novo Castro nobis oblatas fideliter et relatas per Johannem Roberti de Rotundomonte clericum notarium publicum infra scriptum, juratum dictum curie lausannensis, cui quantum ad hoc commisimus vices nostras, et eidem super hoc fidem plenariam adhibemus, sigillum dicte curie lausannensis una cum signo ipsius Johannis Roberti notarii publici infra scripti apposuimus huic scripto seu presenti publico instrumento. Datum sexta die mensis novembris intrantis, anno Domini MCCCXXX.

Ego vero dictus Johannes Roberti de Rotundomonte, clericus juratus predictus, lausannensis dyocesis, auctoritate imperiali notarius publicus, premissis omnibus sic actis ut supra per dictam Margueretam de Novo Castro una cum testibus infra-scriptis presens fui, presensque publicum instrumentum propria manu mea scripsi et in hanc publicam formam redegi signoque meo solito signavi rogatus. Datum et actum anno et die quibus supra, indictione XIV, in stupa domus seu grangie Jacobi Divitis sita prope Friburgum in loco ubi dicitur eis Plates, presentibus viris discretis domino Johanne de Hautemberg curato de Arcuncio, Rodulpho domino de Wippens burgense de Friburgo, magistro Petro Azonis de Friburgo phisico et Borcardo de Rubeomonte famulo dicti Jacobi Divitis, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

CCCLXXXVII.

Eberhard, comte de Kibourg et landgrave de Bourgogne, déclare que son frère Hartmann étant mort, il remboursera pour lui, à Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, la somme que celui-ci avait donnée à titre de dot et de morgengabe à sa fille Marguerite, lorsqu'elle épousa Hartmann de Kibourg.

III AVRIL MCCCXXXI.

Original aux archives cantonales de Fribourg, liasse Traités, n° 369.

Nos Ebrahardus comes de Kiburg, landgravius in Burgundia, notum facimus universis, quod cum dominus Rodolphus comes et dominus Novi Castri peteret a nobis sibi reddi et restitui per nos duo millia et viginti libras bone albe monete, ratione dotis domine Marguerete filie sue, relicte domine Harthemanni bone memorie fratris nostri, que et quas solverat predicto fratri nostro ratione dicte dotis, ac etiam a nobis peteret morgengaba eidem domine Marguerete datum per eundem fratrem nostrum una cum retentis affectationis et assignationis dicte dotis et dicti morgengaba, nos dictus comes de Kiburg tenemur et promisimus pro nobis et nostris juramento nostro dictas duo milia libras et viginti libras dicte monete eidem domino Rodulpho aut mandato suo persolvere, prout per dominum Petrum comitem Gruerie, advocatum Friburgi, Nicholaum de Sillierro, Cononem de Duens, Rodolphum de Wippens et Perrodum de Chenens burgenses de Friburgo ad hoc per dictum dominum Rodolphum et nos super hiis deputatos extitit ordinatum per terminos infrascriptos, videlicet in proxima prima die mensis aprilis quater centum et quatuor libras dicte monete, et sic quolibet anno in dicta prima die mensis aprilis quater centum et quatuor libras dicte monete usque ad perfectam solutionem dictorum duorum milium et viginti librarum et super solutionibus predictis, ut dictum est, faciendis, dare et constituere eidem domino Rodulpho aut suo mandato viginti bonos fidejussores et obsides ad dictum et visum predictorum comitis Gruerie et Friburgensium et inde dare bonas litteras ad consilium et dictamen eorumdem; preterea nos dictus comes de Kiburg damus et concedimus per presentes eisdem Friburgensibus plenam et liberam potestatem super dicto morgengaba et retentis predictis dicendi, ordinandi, componendi et pronunciandi prout ipsorum placuerit voluntati et prout per veritatem ipsorum inter ipsos locutum extitit et tractatum, in hoc quod dicti Friburgenses possint et debeant si voluerint ad hoc prefatum comitem Gruerie convocare. Promittentes ut supra quicquid super premissis per predictos fuerit dictum, pronunciatum seu etiam ordinatum firmiter attendere, complere et invio-

labiliter observare. In quorum omnium testimonium nos dictus Ebrahardus comes de Kiburg sigillum nostrum duximus presentibus litteris apponendum. Datum tertio die mensis aprilis, anno Domini MCCC tricesimo primo.

CCCLXXXVIII.

Jean, fils de feu Jean de Montpreveyres, bourgeois d'Avenches, déclare que Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, lui avait payé la somme de quarante-deux livres de bons lausannois, pour prix d'un coursier gris.

LE PÉNULLIÈME DE JUIN MCCCXXXI. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. T⁴², n^o 4.

EGO Johannes de Montepresbitero, filius quondam Johannis de Montepresbitero burgensis de Adventhica, notum facio universis quod cum illustris vir dominus Rodolphus comes et dominus Novi Castri, michi teneretur in quodam debito quadraginta et duarum librarum honorum lausannensium ratione et ex causa emptionis unius corserii grisei sibi a me traditi, super quo debito habebam unam litteram a predicto domino comite Novi Castri penes me sigillatam, quam ad presens nequeo reperire, ego dictus Johannes confiteor et recognosco per presentes, quod ego predictas quadraginta et duas libras honorum lausannensium a predicto domino comite Novi Castri per manum magistri Petri Azonis de Friburgo phisici solventis ex parte predicti domini comitis habui et recepi in bona pecunia numerata. Quare ego dictus Johannes de Montepresbitero sciens et spontaneus pro me et meis heredibus predictum dominum comitem et suos heredes super predictis quadraginta et duabus libris lausannensibus mihi, ut premittitur, persolutis; et etiam super omnibus et singulis actionibus, petitionibus, querimoniis et querelis in quoquo modo competentibus aut competituris seu competere debentibus contra dictum dominum comitem aut suos heredes et bona eorundem a toto tempore retroacto usque in diem hodiernum, tam ratione dicti debiti, quam ratione quorumcunque contractuum inter me et dictum dominum comitem hactenus habitorum, quam alia qualibet ratione seu causa, quittavi et quitto imperpetuum penitus et absolvo per presentes. Volens insuper et concedens quod si imposterum reperiretur aliqua littera super dicto debito dictarum quadraginta et duarum librarum confecta, que mihi posset prodesse et dicto domino comiti obesse, quod dicta littera imposterum nullius sit valoris vel momenti, sed sit cassa, irrita penitus et inanis, nec ulterius fidem faciat contra dominum comitem supradictum. In cujus rei testimonium ego dictus Johannes de Montepresbitero ad preces meas et requisitionem, sigillum decanatus

Friburgi et sigillum viri discreti domini Johannis de Authemberg curati de Arconcie rogavi et feci huic scripto apponi. Datum mense junii scilicet pene ultima predicti mensis, anno Domini MCCCXXXI.

(¹) 29 juin.

CCCLXXXIX.

Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, ayant mandé au prieur général de l'ordre des Prémontrés, que les délégués qui devaient visiter chaque année les abbayes de cet ordre dans la province de Bourgogne, et entre autres celle de Fontaine-André, s'étaient bornés récemment à se rendre à l'église de Sainte-Catherine de Morat, qui relevait de ce monastère, et y avaient procédé de nuit, et avec le concours de quelques chanoines seulement, à l'élection irrégulière d'un abbé, le dit prieur donne à l'abbé du Lac-de-Joux l'ordre de se rendre à Fontaine-André, d'entendre les parties, de référer au chapitre général, et de prendre provisoirement les mesures nécessaires pour le maintien de la règle.

1^{er} AOUT MCCCXXXI.

Copie endommagée sur parchemin aux archives du Prince. Y°, n° 19.

PRIOR premonstratensis vices gerens reverendi in Christo patris ac domini venerabilis..... premonstratensis..... venerabili et dilecto in Christo fratri abbati de Lacu jurensi..... in Domino caritatem. Nobilis et potens vir Rodulphus comes et dominus Novi Castri nobis per..... humiliter et amicabiliter monstravit quod annui visitatores circarie Burgundie ad ecclesiam Fontis Andree visitandum accedere debentes, prout a generali capitulo receperant in mandatis, ad ipsam ecclesiam minime accesserunt, sed ad quamdam capellam que vocatur sancta Katherina de Mureto, que est de membris ipsius ecclesie, abbatem dicti loci et quosdam canonicos dicte ecclesie causa visitationis mandaverunt, et dicto abbate per ipsos deposito, electionem fecerunt de nocte inibi celebrari, non evocatis fratribus qui secundum statuta ordinis et jura canonica erant debite convocandi, et quod quidam malefactores ad dictam abbatiam accedentes archam in qua sigillum conventus sub clavibus servabatur noctis silentio confregerunt, sigillantes de eodem sigillo litteras tales quales quod une libito voluntatis; et quia dicta electio contra jura, ordinem et nostri ordinis instituta fuerat celebrata, reverendus in Christo pater ac dominus dominus episcopus lausannensis sic electo munus benedictionis et curam dicte abbacie impendere renuit animarum, propter que et alia dicta ecclesia in spiritualibus et temporalibus non modicum patitur detrimentum, hinc est quod nos de vestra fide et discretione gerentes fiduciam, pleniorum vobis in virtute sancte obedientie firmiter precipiendo mandamus quatinus ad dictam

ecclesiam filiam vestram quatinus personaliter accedentes, Deum habendo pre oculis, inquiratis de predictis mature et cum diligentia, veritatem referentes examinationi generalis capituli que fuerint referenda et corrigentes viriliter que inveniatis corrigenda, et ne dicta ecclesia medio tempore in spiritualibus et temporalibus aggravetur, de utroque statu ad laudem Dei et ordinis honestatem taliter ordinatis ut in statu debito valeat comprivari, citantes nichilominus electum supradictum personaliter ad instans generale capitulum responsurum ad obedientiam, ut jus erit. Datum Premonstratensibus, anno Domini MCCCXXXI, prima die augusti.

CCCXC.

Conon dit de Sutz déclare avoir reçu de Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, la somme de vingt livres blanche monnaie pour un grand cheval de service noir qu'il lui avait vendu.

DIMANCHE APRÈS LA FÊTE DE SAINTE AGATHE MCCCXXXII. (1)

Original sur parchemin aux arch. du Prince. O^s, n^o 12.

Ego Cono dictus de Soz, notum facio universis quod cum illustris vir et potens dominus Rodolphus comes et dominus Novi Castri, michi teneretur in viginti sex libras albe monete pro venditione cujusdam roncini nigri, de quibus dominus Girardus prepositus ecclesie Novi Castri michi tenebatur fidejussor, quod ego recepi et me recepisse confiteor a predicto domino comite de predictis viginti sex libris bonam solutionem et integre pagamentum, de quibus me teneo plenarie pro contento, dictosque dominos comitem et prepositum super predictis quito penitus et absolvo. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus litteris duxi apponendum. Datum die dominica post festum beate Agathes, anno Domini MCCCXXXII.

(1) 2 février 1332.

CCCXCI.

Jean Vauchesii du Val-de-Travers, domzel, dit que le fief ou tenement de feu Jean Engleis, situé au dit lieu, étant échu pour bonnes raisons à Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, celui-ci le lui a concédé à raison de son mariage avec Agnès, fille de feu Hermann de Chavannes, au Val de Nugerol.

LE PÉNUITIÈME DE FÉVRIER MCCCXXXI. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. G^a, n° 19.

EGO Johannes Vouchesii de Valle transversa domicellus, notum facio universis quod cum feudum seu tenementum quondam Johannis Engleis situm in Valle transversa ex causis justis et legitimis illustri viro et potenti karissimo domino meo domino Rodulpho comiti et domino Novi Castri fuerit exchetum, hinc est quod ipse dominus spontanea sua voluntate volens mihi facere gratiam specialem in celebratione matrimonii contracti inter me et Agnetem filiam quondam Heremanni de Chavanes de valle de Nirouz, sponse mee future, cujus Agnete avus fuit dictus Johannes Engleis videlicet pater matris dicte Agnete, dictum feudum seu tenementum pro se et suis heredibus michi et dicte Agnete, et nostris heredibus de nostris propriis corporibus procreandis ex gratia speciali dimisit et commisit; pro quo tenemento seu feudo ego dictus Johannes Vauchesii sum homo ipsius domini mei ligius et pro rebus quibusdam aliis quas ab eodem domino meo teneo in feudum, et sibi ore et manu fidelitatem juravi, volens ego dictus Johannes Vauchesii quod si contingeret, quod absit, quod ego a dicta sponsa mea futura liberos non habeam, quod dictum feudum seu tenementum ad ipsum dominum meum et heredes suos integre et libere revertatur; promittens etiam ego dictus Johannes juramento meo prestito, eidem domino meo et suis heredibus fidelitatem servare et sibi deservire pro predictis prout teneor toto posse et contra non facere, nec venire. In cujus rei testimonium, ego dictus Johannes rogavi et apponi feci ad preces et requisitionem meam hiis presentibus litteris sigillum viri venerabilis et discreti domini Girardi de Valle transversa prepositi ecclesie Novi Castri una cum sigillo venerabilis capituli dicte ecclesie Novi Castri. Et nos predicti prepositus et capitulum dicta sigilla nostra ad preces et requisitionem dicti Johannis Vauchesii presentibus litteris duximus apponenda. Datum pene ultima die mensis februarii, anno Domini MCCCXXXI.

(1) 27 février 1352.

CCCXCII.

Déclaration des droits respectifs de Jean d'Arberg, sire de Valangin, et des taillables de sa terre.

LE III MARS MCCCXXXI. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. S⁵, n^o 10.

JE Jehan d'Arberg sire de Vaulengin fait a savoir a tout ces que verront, ourront ces presentes lettres que jais mys et lessier et lesse et delesse pour moys et pour mes hoirs quecunque et pour leur et pour leur hoirs quecunque, tous et singuliers mes mars de terre sissant ou terretoire de mont Vau de Ruyt et riere la mairier de Vaulengin, lesquels mars sont sugeste a moys, a ma volonte, a mes bon homme sugest tenant les dit mars a moys sugest dessus dit, quesque part quil soient per mont Vau de Ruys, pour telle cense et charge come d'argent ou de vaigne ou aultre cense peust devoir est estre chargies aul chams, et soulont le contenuz de mes extentes anciannes et nouvelles faites et escriptes devant la daiste de ces presentes; et ne leur doit moys Jehan d'Arberg sire dessus nommer ne mes hoirs auscuns la dicte cense oustre ycelle que este contenuees en mes dictes extentes escriptes come dessus, se tant nestoit me fut revenus en la main ou a mes hoirs a faulte de hoirs ou aultre cauz aulcung dessus dit mars, et que aulcung homme a censive le reprint de moys ou de mes hoirs que de sont plan grais remonstrait la dicte cense, per anssin que tuit les homes que tiegnent ou temps present et advenir mes dit mars surgest de la dite condition sourgeste dessus dicte, doivent estre suggest a moys et a mes hoirs a la voulontei de moys et de mes hoirs, de reuste, de corvoiees, et les puis faire a comander par mes hofficiels a tous mes bon, juste et raisonnable afaire, se graier de vyvre la bouche come vagnour, cest a savoir chascung home de mes dit sugest dessus dit des quinze annees, en outre de six journaiees chascung an en quin temps que nie serast vespre, ou a mes hoirs; et outre me doivent lesdit sugest chascung feust trois corvaiees a tout telz a pleis de bestes, come il haient leur champs, et les genz apertinant pour mener les dite bestes, et se doit descontelz lune des dites six journaiees dont homme sur chascune des trois corvaiees; et quant jais doute de guaire, il me doivent les guais a mont chastel de Vaulengin, fourt ou foible, a ma vouluntelz ou de mes hoirs; et se aulcung de leur sen wast heur de desoub moys ou de mes hoirs, tout ces bien meuble et heritaige que il lasserat riere moys ou mes hoirs, il me serast aquil et confissequelz; et quant le dit home serast heurt de dessoubt moys, je ne leur demander sur le courp senom aucum destes, se il les me doit, et nom aultre chouse. Et moys Jehan d'Arberg sires dessus dit leur done et outroiees per ces presentes que touchant la che-

vaulchies et fait darmes et touchanps la justice et dissues et moulin, et fulx et bastut, que mes diz home sugest et censsier dessus dit soient et propres coustumes de mes home frant abergens genevesant et dou Locle et de la Sagne, et se les dit sugest dessus dit praingnent un feme de mes franc home dou Locle et de la Sagne ou daultre franche condition, il peuvent et doivent mariees lour enfanf que partiron de la dicte franchise en franchise, et doner mariaige en meuble jusque a la valour de dix livres bonne monnoie, et se aulcugne de mes prode famme suget prent per maryaige ung home de franche condition, il ne peust ne doyvent maryez lour enfans en franchise riere mat signouryees et pevyent et doivent joyr de lour bien a lour volontelz, excestelz lour heritaige; et moys Jehan dArberg sire dessus dit pour moys et pour mes hoirs quescunques et pour lour hoirs present et advenir demorant et abitanps sur mes mars sujet dessus dit, promeste per mat bone foys donees en lieux de serement pour ce donnez corporelemant a sains ewangiles de Dieux, de lour maintenir et garantir et deffendre franchement contre et par tout jugement et de feurt, en propre mission de moys ou de mes hoirs, les chouses dessus escriptes et desclairyes et aul chanps et ault contenus de ces presentes et a tout lour bon droit et a toute bone justice, comment bon seignour doit faire, des bons home suget et aultre, sain lou faire nulle volentelz que ycelles dessus escriptes, ne ferais a faire per moys ne per aultre temps advenir, en renuncant per moys Jehan dArberg, sire dessus dit, a tout droit et a toutes coustemes et a toutes renunssiacion faissan aul contre ces presentes per lesquelle ces presentes pouroient estre revoquees. En tesmoingnage de laquelle chouse jai commander a cest mont propre seelz apentdans estre mys a ces lettres, que furent faites et donnees le troyzieme jour du mois de mars en lan nostre Signour corrant mil trois cent et trente et ung.

(¹) 1352.

CCCXCIII.

Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, et Louis son fils, d'une part, et Rodolphe, comte et seigneur de Nidau, d'autre part, pour mettre fin aux scandales et dissensions survenus entre eux à l'occasion de la vacance du siège de l'abbé de Saint-Jean, font une transaction et règlent qu'à l'avenir ils procéderont alternativement à cette nomination.

LE II JUIN MCCCXXXII.

Original sur parchemin aux archives du Prince. Z⁵, n° 15.

Nos Rudolfus dominus Novi Castri et Ludowicus filius ejus ex una parte, et Rudolfus de Nidowa, comites, ex parte altera, notum facimus universis quod cum discensiones et scandala mota fuerint temporibus retroactis super vacationibus abbatum in ecclesia seu abbazia erliacensi, et nunc vacet per obitum domini Nicholai

quondam abbatis dicti loci, nos dicte partes convenimus pro evitandis dictis dissensionibus et scandalis in hunc modum, videlicet quod nos predictus dominus Rudolfus comes de Nidowa volumus et concedimus quod predictus dominus Rudolfus dominus Novi Castri comes hac vice de electione inibi celebranda possit ordinare prout sibi videbitur expedire; et si aliqui monachi de dicta abbatia essent super hec rebelles in aliquo, promittimus ipsos inducere prout melius poterimus bona fide quod ipsi petitionibus dicti domini Rudolphi domini Novi Castri acquiescant. Nos vero predicti Rudolfus dominus Novi Castri et Ludowicus ejus filius, comites, volumus et concedimus et pro nobis et heredibus nostris promittimus vice versa quod quamprimum alias dictam abbatiam vacare contigerit, dictus dominus Rodulfus comes de Nidowa vel heredes sui de electione inibi celebranda possit ordinare prout sibi videbitur expedire; et si aliqui monachi de dicta abbatia tunc essent super hoc rebelles in aliquo, promittimus pro nobis et heredibus nostris ipsos inducere prout melius poterimus bona fide quod ipsi petitionibus dicti domini Rudolphi comitis de Nidowa vel heredum suorum acquiescant; quod si forte acquiescere predictis petitionibus noluerint, nos vel heredes nostri dictis monachis, non debemus contra dictum dominum comitem de Nidowa vel heredes suos dare auxilium, consilium vel juvamen. Volumus et ordinamus nos partes predictae quod predictae promissiones et ordinationes durent perpetuo, ita quod quando una electio fiet de voluntate partis unius, quod alia immediate sequens electio fiat de voluntate et consensu alterius partis nostrorum comitum predictorum nostrorumque heredum successive, fraude et dolo penitus circumscriptis; promissimus et promittimus siquidem unaqueque pars nostrorum alterius quod nos non permittemus quod abbates futuri in dicta abbatia aliquas faciant distractiones vel alienationes, venditiones, vel feudales concessionem quibuscunque personis, de bonis, hominibus, nemoribus, rebus et possessionibus dicte abbacie quocunque nomine censeantur, nisi de scitu et consensu illius partis vel domini in cujus dominio vel advocatia dicta bona et possessiones consistant, in quibus tales alienationes presumerent attemptare. In quorum omnium robur evidens et testimonium sigilla nostra videlicet partium predictarum presentibus sunt appensa. Datum et actum in Novo Castro, secunda die mensis junii, anno Domini MCCCXXXII.

CCCXCIV.

Alliance et confédération conclue pour dix ans entre Rodolphe, comte et seigneur de Neuchâtel, et la ville de Bienne.

VEILLE DE SAINT JEAN-BAPTISTE MCCCXXXII. (1)

Original sur parchemin aux archives de Bienne.

Nos Rodolphus comes et dominus Novi Castri, notum facimus universis quod nos cum discretis viris, videlicet villico, consulibus et communitati burgensium oppidi de Beyllo, usque ad festum beati Martini hyemalis proxime instans et affuturum et ab inde per decem annos proximos et completos sumus confederati; promittentes juramento nostro corporaliter prestito pro nobis et nostris heredibus predictis videlicet burgensibus dicti oppidi de Beyllo et etiam hiis qui sunt ad eorum vexillum spectantes et pertinentes, utpote illis de Beyterlon, de Meynesberg, de Valle sancti Ymerii et a foramine Byrperthoz sursum usque ad rivum de Phyle, pro deffensione sue terre honorum atque rerum et possessionum, nos ac nostri heredes ab ipsis eorumque successoribus ac eorum certo nuntio fuerimus ammoniti et requisiti, nostrum subsidium et adjutorium pro nostro posse durante dicto decennio sine omni dolo et fraude impendere et prestare; a qua tamen confederatione prenotata, nos nobiles viros et illustres videlicet dominum Ludewicum de Sabaudia dominum Vaudi et dominum dominum de Cabilone, necnon civitatem friburgensem lausannensis dyocesis preoptinentes et excipientes. In cujus rei testimonium et firmitatem nostro sigillo tradidimus presentem litteram sigillatam. Datum et actum in vigilia beati Johannis Baptiste, anno MCCCXXXII.

(1) 25 juin.

CCCXCV.

*Eléonore de Savoie, dame de Neuchâtel, reconnaît devoir à Jean Gris-
set bourgeois d'Estavayer, son hôte, huit livres et huit sols lausannois,
pour du drap qu'elle avait acheté de lui.*

SAMEDI APRÈS LA FÊTE DE SAINT JEAN-BAPTISTE MCCCXXXII. (1)

Original sur parchemin aux archives du Prince. M⁸, n° 5.

Nos Elnior de Savoie, dame de Nuefchastel, facons savoir a toz que nos devons et nos confessons devoir par ces present lettres a nostre amez hoste Johans Grisset, borgeis de Estavaier, wit livres et wit soz de Losane, per cause de drap que nos havons hauz de luy; lesques nos li prometons de paier en nostre bone foy dedant ceste prochaine feste de Gaul. En tesmoignage de laquel chose, nostre scel havons mis en ces present donnees le sambadi apres feste seint Jehans Baptiste lant nostre Signour corant mil ccc trente et dos.

(1) 27 juin.

CCCXCVI.

*Louis de Savoie, seigneur de Vaud, déclare que comme Louis de Neu-
châtel, fils de Rodolphe, comte et seigneur de ce lieu, l'avait cau-
tionné pour les droits matrimoniaux d'Isabelle de Châlon, sa femme,
il le garantit de toute espèce de dommage qui pourrait résulter pour
lui de ce cautionnement.*

DÉCEMBRE MCCCXXXII.

Original sur parchemin aux archives du Prince. A, n° 10.

Nos Ludovicus de Sabaudia, dominus Vuaudi et Johannes ejus filius miles, notum facimus universis quod cum nobilis vir dominus Ludovicus filius illustris et potentis viri domini Rodulphi comitis et domini Novi Castri, dilectus nepos noster dicti domini Ludovici de Sabaudia, de laude et mandato ipsius patris sui, ex parte et de mandato nostro, se constituerit fidejussorem in manibus domine Ysabelle de Cabilone dilecte consortis nostre et heredum seu assignandorum suorum de ferenda sibi guerentia de assignatione a nobis prefato Ludovico de Sabaudia sibi facta de dote et dotalicio suo super castra nostra de Cletis, de Dignens et de Prangins,